HERB.

MYC NATIONAL INSTITUTE Y

IMI / BOOKS / MAR

COMMONWEALTH MYCOLOGICAL INSTITUTE
12 DEC 1963

BEBB.

COMMONWEALTH MYCOLOGICAL INSTITUTE

FLORA

CRYPTOGAMICA ERLANGENSIS

sistens

vegetabilia e classe ultima Linn.

in

agro Erlangensi

hucusque detecta

auctore

CAR. FRID. PHIL. MARTIO

Med. et Chir. Doct. Class. mathem. phys. in Acad. scient. reg. Monac. Adjuncto. Acad. Car. Leop. Nat. Cur. Soc. hist. nat. Norimb. botan. Ratisb. phys. med. Erlang. sod. pharmac. Bavar. soc. honor.

Apri la mente a quel ch'io ti paleso!
Dante Parad.

Accedunt tab. II. aeneae Muscos nonnullos et IV. lap. incis. Jungermannias germanicas foliosas illustrantes.

Norimbergae
sumptibus J. L. Schrag
1817.

MARTIUS, FL. CRYPT. ERLANG. 20 APRIL 1817

Martius, C.F.P. Flora cryptogamia Erlangensis. Norimbergae. 1817. New names in Hypnum, Bryum, Orthotrichum, Gymnostomum.

Date. 14 April 1816, author's preface; 20 Sept. 1816, JGE; 14 April 1817, foreword by Nees; 30 Aug. as of 20 April 1817 (Easter Fair), ALZ; Jan.-June 1818, Hinrichs; rev. 20 Oct. 1818, Flora (with misprint? of publication date as 1811).

Extracted from

Dates of Publications Describing

Musci 1801-1821

by

Geneva Sayre. 1959

Viris Perillustribus

ac

generosissimis

Car. Ehrenb. Lib. Bar. de Moll

Potent. Reg. Bavar. a consil. sanctiorr. Ordin. cor. civil. Bavar. Equiti class. mathem. physic. in Academia scient. reg. Monacensi Secretar. etc.

nec non

Franc. de Paula de Schrank

Potent. Reg. Bavar. a consil. eccles. Ordin. cor. civil Bavar. Equiti Academ. scient. reg. Monac. sod. ibique horti botan. directori etc.

hoc opusculum

piae observantiae documentum

D. D. D.

Auctor.

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/flora0000mart

Lectori salutem!

Cum Auctor hujus Florae, ab opere jamjam sub proelo sudante ad altiora vota vocatus, summa Regis nostri gratia iter longinquum ingrederetur, quo Brasiliarum historiam naturalem studiis suis illustret et plantis aliisque rebus naturalibus ibi collectis Horto et Museo Regio ornamenta ad ea, quibus jam late splendent, nova afferat, ulterior cura libri edendi ad nos delata est, ut scilicet ordini, quo singulae partes sese debent excipere, inspiceremus, errata, quae typographum effugissent, emendaremus, tum quaedam, ab autore ad haec tempora delata, in *Conspectu generum* et *Prooemio* locis idoneis insereremus.

Quae cum omni, qua debuimus, solertia curavissem, in mentem venerunt, quae olim amicus suavissimus monuit: *optari se, ut, cum liber suus in lucem prodiret, prodeat primus nostra salute prosequutus*, et quoniam prooemium ejus, quod sequitur, vix quidquam, quod opus ipsum, ejus fines et rationem spectabat, videbatur relinquere in medio positum, sermonem face-

re lubuit de his, quae cogitata magis, quam scripta, magisque in ipso autore, quam in libro ejus reperies, quaeque, nostro quidem judicio, Florae isti propria, ut jam singularis inter istos libros, qui abdita Florae regna tractant, prodit, latentes quasdam eidem, neque minus dulces, illecebras adjiciunt.

Ad manus sunt litterae plurimae *Autoris*, tum iis temporibus, quibus primum Florae cryptogamicae Erlangensis edendae consilium animo suscepit, quam in ipso opere tractando conscriptae, atque hae quidem, quo animo libro manus admoverit, quibusve ingenii auxiliis adjutus haec parva et saepe neglecta mundi miracula, jam per plures annos a se amicisque ad hunc finem collecta, descripta, et praevia mente disposita, nunc inter se in *Florae*, ut ita dicam, *elementaris* speciosam effigiem conjunxerit, illustrant atque exponunt.

Non enim neque sibi, nec lectoribus satis jam fecisse scribendo existimabat, cum species quam posset plurimas vegetabilium ex iis ordinibus, quos tractaturus erat, sedulo congestas in unum volumen referret, generibus, quae traditione quadam ad se delata essent, sancte casteque servatis, ne quis autorem novarum rerum cupidum pronunciaret. Collecta potius, cum disponeret, interno oculo lustravit, neque solum,

quae *esse* viderentur, sed etiam, quid loco suo in ordine universi regni vegetabilis quodque sua sorte *valeat*, ex quibus radicibus nascatur, quo ramos et fructus evolvendo pergat, quibus aliis propiori, quibus remotiori affinitatis vinculo nectatur, animo sectabatur non minus ad profundioris scientiae gaudia, quam ad cognitendum, se nescire, quae haud satis perspecta videbantur, prono. — Itaque necesse fuit, illis, quae in singulis singulari industria cognoverat, generum definitionibus, quales eae praesto erant, admotis, plurima in his mutari, aliquot nova genera, vel e pristinorum divisione, vel ex inventis propriis autoris enasci, alia haud pauca in unum genus coalescere, quorum omnium rationem reddidit interspersis, ubi locus sinebat, observationibus, aut adnotatiunculis, tum penitiorem, internam praecipue, structuram, tum incrementi stadia enarrantibus.

Neque vero adeo animo indulsit, ut, cum ratio vel *numerum* quendam generum, vel, ubi vacua spatia seriem interrumpebant, nova membra catenae poscere videretur, quorum opus esset, imagines fingeret, numerumve pro lubitu vel augeret, vel diminueret. Siquidem pro certo habuit, naturam in gignendis operibus suis numerum quidem, ex quo cuncta prodeunt,

vel in minimis sequi, ut, qui quadrati aut cubi istius radices eruere ingeniosa computatione valeat, aequa statera librata hinc atque illinc genera naturalia sibi respondere cognoscat. Fragilitatis autem humanae mentis memor, dum haec secum reputabat: neque unquam in his tam minimis decursum perpetuae generationis consistere, neque exhauriri posse oculis copiam eorum, quae vi genitrici, levi quodam momento in se reflexa, subito oriuntur et, sicuti orta sunt cito, citissime diffluunt, — animi lubidini strenue temperavit, quo magis ouncta, quae reperit, et qualia, summa fide traderet, et ita Florae Erlangensis cryptogamicae veram, neque ullis alienis coloribus fucatam imaginem exhiberet. Quid enim? Cum portio minutissima sit ager isthic longissimi terrae continentis tractus, undequoque tam similibus, quam diversis situ, altitudine atque superficie regionibus arcte cinctus, anne omnes suas vires, easque omnibus graduum relationibus et omni numero naturam in hanc ita collegisse credas, ut systemati naturali dignam materiem praebere posset? — Multa tamen indicavit, plurima innuere magis quam arroganter statuere placuit.

"Cum elementa chemica, inquit, "parvo ea quidem numero, certisque, ut Anglorum et Berzelii, stre-

„nui viri, re comprobatae hypotheses evincunt, legi-
„bus subjecta, innumeros gradus tam compositionis,
„quam mutationis modorum, jam sola ratione ponde-
„rata, exhibeant, quid in viventibus fieri censeas, ubi,
„quaecunque terram ipsa *gignunt* elementa, ex eadem
„rursus ad novam *ipsorum generationem* sideream, (sit
„venia verbo!) *resurgant?* Non pane solo vivimus,
„cujus fundamenta omnia nostra opera sata et in usum
„parata cognoscere juvat, sed ex omni verbo, quod
„exit ex ore Domini.„

Macte virtute esto, juvenis optime, ob ea, quae tacuisti! nam clariora certioraque facta sunt, relictis rebus imaginatis, quae dedisti. — In *novis speciebus* statuendis non minus caute processit, fereque jungere disparia, quam juncta divellere, ubi dubitabat, maluit. Sic vel Hypnum aquatile p. 20., novam, eamque certe distinctissimam speciem, „anxia mente„ se talem declarasse fatetur, in hisce forte, ob nimiam temeritatem reprehendendus.

Ordines ab iis, quae magis perfecta in se, partibus praesertim carpomorphis plantis, phanerogamis dictis, propius accedunt, ad magis inferiora, — ab *Equiseto*, strobiliferarum arborum atque ex iis maxime Ephedrae aemulo, per *Filices epiphyllospermas*, tan-

quam folia, descendunt ad *Rhizopterides*, in quibus, ut nomen indicat, flos regni cryptogamici, pro viribus evolutus, radici tandem inseritur. —

Tum *Stachiopterides* partes, propagationi inservientes, e praecedente serie cauli quasi propius vindicant, qui denique per *Muscos* a Genere Hypno ad Phascum usque ramos spargit, dum, istis, quae primum origini cohaerebant, ramis jam ab incunabulis solutis, primum dispersi surculi altiores, foliisque angustis, fere gramineis, praediti Dicranorum etc., assurgunt, iterumque terram petentes, in Gymnostomis Phascisque plurimis supra terrae faciem effunduntur, ipsa in folia quasi explicata.

Qua via, cum ea, quae sursum in altitudinem nitebantur, terrae superficiei reddita, quaerere latitudinem cogantur, *Hepaticorum* frondosa folia capsulas Equisetorum *colligunt*, vel Filicum soredia *dispergunt*, vel Muscorum thecas, in istis ad horizontem dissectas, in *longitudinem solvunt;* quae frondes ad extremum magis magisque contractae et folium, cui partes carpomorphae innascuntur, referentes, per *Homallophyllas* ad *Lichenes*, terra saxisque genitos, quos *saxorum folia* dicerem, transeunt.

Restat *radix* totius regni, per se ipsa vegetans, neque eâ quidem, quae, terrae addicta, sempiterna nocte obruta lateat, sed quae vim et potentiam radicis libero vigore exerceat, ut sit ejusmodi, ex qua regnum vegetabile, non re quidem et ad spectaculum oculorum, verumtamen secundum leges et naturam regni vegetabilis, mente perspiciendas, exsurgat et ad eandem rursus redeat. Radicis autem vice funguntur *Algae* (verbo isto ampliori, neque vero eo, quo Linneo placuit, sensu intellecto), ex aqua natae, eique liberae innatantes, e tubis paucis conflatae, vel simplicem tubum referentes, et ubi ad fines ordinis perventum est, vel motu spontaneo, tanquam antennae insectorum, limites regni animati quasi e longinquo pertractantes, vel animato partu edito, antequam in plantas regerminent, per breve spatium temporis et motus interni voluptatem et mortis dolorem exhaurientes.

De his, qui istas sequuntur vegetabilium, succedaneorum dico, ordinibus, ubi vita altioris cujuscunque gradus, morte soluta, "neque statim ab initio ignaviter "vi terrae, filios suos devorantis, cedens.., mortem vitae speciebus variis, iisque horum, quae olim fuere, memoribus, fugacibus tamen, nec sibi adeo constantibus, ludit; — non meum est, plura addere. Quae ipse

quondam de his somniavi, placuere Amico. Mutavit tamen haud pauca, quae operis consilio repugnabant, quaedam emendavit, omnia naturae propius applicavit, cum species, quas in opusculo nostro *de Fungis* non, nisi exempli gratia, inducere licebat, quantas ex istis ordinibus Flora Erlangensis habet, cum nostris opinionibus conferre, et itaque Generum a nobis vel receptorum vel constitutorum nimis inanes species studeret proprio singulorum sanguine vivisque intestinis nutrire. Magnus est specierum ex his ordinibus numerus, quas ager Erlangensis profert; magna itaque sunt et systematis nostri ex his Amici carissimi studiis augmenta, et magnae gratiae, quas ei debemus.

Ordines Vegetabilium succedaneorum in Dispositione hujus Florae modo, successioni praecedentium contrario, ab imis, *Coniomycis*, ad altiora, firmioraque, quae vim totius regni undequoque in se colligere videntur, assurgunt, ut scilicet radices utriusque sphaerae quasi in eodem puncto se contingant.

Haec habui, quae sine studio, quantum per amorem autoris licuit, de consilio et indole operis dicerem.

Tacemus singula, hisce solis praemonitis.

Vituperet forte quispiam generum fusiores descriptiones, quas in librum suum Autor introduxit, sed has

tironum gratia adhibentur, et mox in compendium redacta, *Conspectum*, qui libro praemissus est, usui eorum, qui plantam aliquam a se repertam sine temporis jactura investigaturi sint, aptiorem reddunt, quare et *Ordinum*, et *Sectionum* succinctae descriptiones eidem sunt additae. Non enim, uti Systema sexuale Linnei, ita et diversae diversorum Autorum dispositiones *regni cryptogamici* botanophilo cuique, tironi praesertim, ante oculos et in memoria semper praesto fore, quisquam in rebus istis versatus sibi persuadebit.

Monographia *Jungermanniarum* (a. p. 127—193.), *qua omnes Species*, *Germaniae indigenae*, quarum Autor compos fieri potuit, i. e. relicta sola J. scutata W. cunctae Autoribus Florae Germaniae cognitae, plurimaeque insuper novae C. Hookeri, nonnullae quoque ab ipso Autore detectae, (notatis tamen illis, quae circa Erlangam hucusque non repertae sunt), definiuntur, describuntur et una cum varietatibus suis in adjectis Tabulis lithographicis firmo stilo delineantur, certe non tantum tironem, sed et alios, quibus Hookeri splendidissimum opus deest, et, si quibus est, hos quoque ob novas species, quas continet, et propter acutas animadversiones Autoris, qui huic generi magna industria illaboravit, juvebit.

De Synonymis multis sententia Autoris ab ea, quae, pridem recepta, mansit, recedit, hinc inde forsan paullo audacius enunciata, in plurimis tamen justo sub judice facile evincenda. — Quam olim J. clavaeflorae nomine amicis communicavi, Schwaegrichen, Vir clarissimus, in litteris monet, Jungermanniam *Thuillieri* in opere suo expectatissimo *de Muscis hepaticis* appellatum iri, unde amici nostri denominatio, a nobis recepta, est delenda, ne invideri videatur honori tam praeclari nominis, plantulae jamjam concesso. Vera *Jungermannia lanceolata* Lin. et Rothii, agri Erlangensis civis, suo loco restituitur, et illa, quam plerique recentiorum hoc nomine salutaverunt, *Schradero*, cui debet, dicatur. *J. aequiloba* Schwaegrichenii, quae hic montana appellatur, nomen suum, quod prius acceperat, merito retinuisset. *J. resupinata* Lin., planta satis speciosa, rite distinguitur ab ea, quam alii Autores pro Linneana specie habuerunt, *curta* Martio nominata. — *Jungermannia scalaris β. denudata Mart.* (p. 188.) certe species distincta est, habitu potius J. emarginatae, a qua quidem non minus differt, ita definienda: *J.* (*denudata*) caule procumbente ramoso flagellifero, ramis ascendentibus; foliis subverticalibus, sursum conniventibus, orbiculatis, integerrimis, apicem versus

decrescentibus; calyce *laterali.* — *J. polyanthos Mart*, ob calycis solitam structuram species non adeo certa, cordifoliae Hoockeri propior. Anne calycis J. polyanthae structura memorabilis, quam alii fuse exponunt, oculorum fallaciae tribuere fas esset? — *J. ventricosa M.* nobis videtur J. Ehrhartiana W. Prod. — *Synonyma J. bicuspidatae L.* et *conniventis* Dicks. sagaciter extricantur. — *J. quinquedentata β. collaris Mart.*, p. 177., non minus quam J. denudata proprium locum poscit. Est nobis: *J. collaris n. sp.* caule repente radiculoso subramoso; foliis semiverticalibus concavis ascendentibus, postice rotundatis, antice in dentes tres acutos fissis, anteriore minuto incumbente; calycibus lateralibus. Copiosam sibique, si qua alia, constantem vidi in Herbario *fratris* dilectissimi, qui specimina ista circa Basileam collegit.

Xyloma sticticum p. 309. (Sphaeria Ulmi Schleich.) dum sit ad summum evoluta, veram Sphaeriam esse, thecas sat magnas, oblongas, triannulatas edentem, cognovimus. Amico itaque plantas immaturas ante oculos fuisse, certum est, quae ejus descriptioni ut ovum ovo respondent. Xyloma non solum quoad *esse* suum, sed etiam quoad *evolutionem* naturalem per gradus aetatis est Sphaeria juvenilis, praematura morte abrepta,

seu potius *Sphaeria ipsa* est generatio viva, e Xylomate, tanquam e solo suo, procreata.

Addere haec haud supervacaneum duximus, quoniam hodie cum menti obversarentur, praetervisa, facili oblivione sint forsan interitura; Florae autem Erlangensi, cui jure suo debentur, semel adscripta, ulteriori examini servabuntur.

Tu vero, Juvenis dilectissime! votis nostris pro tua salute prosequutus, revertas post strenue peractum iter, dives naturae muneribus ingenioque tuo opulentior, tumque, patriae redditus, cum tumulum nostrum aspexeris, dic: *molliter huic ossa cubant!* — nec cedas lacrimis, sed contra audentior ito.

Scribebam Sickershausen XIV. Cal. Apr. 1817.

Dr. C. G. Nees ab Esenbeck.

Praefatio.

In exaranda hac Flora id potissimum spectavi, primum ut *Floram Erlangensem*, Plantas phaenogamas, quae circa Erlangam crescunt, conti entem, Clarissimorum Virorum A. Fr. Schweiggeri et Fr. Koerte studio anno 1811. apud Palm Bibliopolam procudo emissam, *beatique Schreberi* acutissimis observationibus exornatam continuando, et veluti ad fines regni vegetabilis perducendo iis, qui, Botanices discendae alacri, abdita quoque vegetabilium cryptogamicorum regna perlustrare studerent, et praesertim juvenibus academicis, libellum suppeditarem, quo duce plantas agri Erlangensis definire atque ulteriore examine prosequi possent; dein ut omnes, quot mihi hucusque in illa regione innotuerint, species cum earum varietatibus, formisque pro soli coelique ratione diversis enumerando atque accurate describendo, aliis botanicis, quid ferat nostra regio, quid ferre recuset, quasi depictum exhibeam. Quamvis enim, quae de plantarum cryptogamarum atque agamarum per orbem terrarum distribu-

tione scimus, pauca sint atque levioris momenti, vel in his tamen naturam certas leges sequi constare videtur. Nec sufficit scire, quae intra certos fines proveniant, nec ne; sed quibusnam notis species ab *iisdem* aliarum regionum differant, quasve formas saepissime induant, ut observetur, necesse est. Hanc ob causam in aliorum auctorum descriptionibus ac definitionibus nunquam acquievi, quo minus characteres, si quos in plantas Erlangenses minus bene quadrare animadverterem, novos exhiberem. Diagnoses plerasque secundum Erlangensia specimina mutavi, varietates memorabiles omnes adumbravi.

Ager Erlangensis vero in Germaniae medio situs, occidentem et meridiem versus planus, sabulosus, ad septentrionem in montes elevatur, quos ultimos Montis piniferi atque tractus Palatinatum superiorem permeantis radios et promontoria dicere possis. Hinc sabula ericis pinisque consita, prata laeta stagnosa, agri fertiles, illinc montes arenarii ac calcarei arboribus foliosis frondentes, duplicem vegetationis indolem produnt. Sed omnia de plantarum distributione geographica effata vana sunt atque nil utilitatis afferunt, nisi plurimis iisque in regione satis ampla institutis observationibus nitantur, quibus singulis probe computatis, veras certasque leges constitui posse nullius dubito. Animadversionibus ideo huc spectantibus supersedere posse arbitratus sum, plura atque uberiora forsan, si Dii favent, alio tempore traditurus.

Specierum numerum quidem comparavi minime spernendum, sed plurimas in agro vegetabilium cryptogamicorum feracissimo me latuisse olim detegendas, pro certo habeo; nec vereor ne, hoc opusculo meo vertatur vitio. Licet enim vel ab ipso statim, quo medicis studiis in patria Universitate vacare coeperim, tempore plantas cryptogamicas sedulo colligerem, licet viri Botanices peritissimi, quorumque de Flora Erlangensi merita grato animo commemoro, *Kurtinger* Med. Doct. et Poliater Erlangensis, *Nees ab Esenbeck* Med. Doct. ejusque frater *Fridericus Nees*, Pharmac. auxilium tulerint gravissimum, opusculum tamen meum hoc nomine inchoatum esse potius, quam ad umbonem perductum, non is ego sum, qui eat infici's. Tantum enim abest, ut quis omnes vel angustae regionis incolas, quae ad hanc classem referuntur, minutas magna ex parte oculorumque aciei se subducentes, vel fugaces et repentinis pluviis solisque radiis, quibus brevi antea elicitae fuerant, mox tollendas, intra paucorum annorum limites certa notione complecti possit, ut potius vel integrum vitae spatium ad earum scientiam omnibus numeris absolvendam vix sufficiat.

Jungermanniae genus vel novissimis Cl. *Weberi*, viri acutissimi, studiis non ea illustratum cura mihi videbatur, qua opus est in tribu tam difficili ob formarum similitudinem atque partium minutiem. Iconibus sine-

gulae illustrandae sunt, quae ex definitionibus vix possunt dignosci. Quum vero Cl. *Hooker*i, viri de hoc genere valde meriti, opus, quod adhuc dum, ut alios nonnullos libros, quos in flora laudavi, me nondum vidisse doleo, nonnisi ad paucorum in Germania Botanicorum manus pervenerit, figuras lapidi incisas, rudes quidem sed accuratas, addere non abs re esse putavi; reliquas quoque species in Germania detectas, quas examinandi mihi ipsi fuit occasio, adjeci atque crucis signo anteposito ab iis, quae in agro Erlangensi lectae fuerunt, distinxi.

Quod ad genera attinet, recentiorum studia in meum usum convertens, characteres hinc inde emendavi atque adumbravi, alia separavi, alia conjunxi, ut, quantum in me sit, conferrem ad augendum et ornandum systema naturale, ultimum scientiae finem. Tum nomina quoque tam generum quam specierum, quaecunque vel rei minus congruere, vel genio Graecae linguae contradicere videbantur, quibus praesertim lichenum Ordo nostris temporibus laborat, mutare non dubitavi.

Plura sunt de sexu, propagatione, metamorphosi atque affinitate vegetabilium cryptogamicorum adhuc observanda; equidem quae huc spectant nonnulla in promptu habeo, sed quum absque iconum apparatu vix ac ne vix quidem illustrari possint, omisi, postea

forte, nisi haec viris doctis displiceant, publici juris facienda. Ne quis vero miretur, ordinem, quo singula se excipiunt genera, ita esse institutum, ut a nobiliioribus ad inferiora Lichenum et Algarum descendat, indeque iterum per infima vegetabilium mycetoideorum esurgat, fungis nucleatis in ultimo positis termino, ut moneam necesse est, aliam mihi videri intercedere affinitatem inter plantarum fungosarum ordines atque reliqua vegetabilia cryptogamica, quam quae inter haec ipsa statui possit, ita ut Mycenos proprium certisque limitibus circumscriptum regnum constituere existimem, quippe cujus singula genera ad reliquas plantarum cryptogamicarum formas analogia vel propiore vel remotiore accedant, nec tamen continua cum iis serie cohaereant. Ita Coniomyci cum materiei viridis Priestleyanae evolutionibus organicis, Hyphomyci cum Algis filamentosis, Clavariae cum Capitulariis, Peziae cum Lichenibus nonnullis scutellatis quodammodo conveniunt. Fungi nucleati analogiam prae se ferunt Endocarpi et Opegraphae, e. s. p. *). Huc accedit, quod viri clarissimi *Neesii ab Esenbeck Systema fungorum* nuperrime editum et post singularum plaga-

*) Fungi pileati vero analogia prorsus carere videntur atque stare in vegetabilis regni ultimo limite, vi *humi vegetantis*, ut Cl. Neesii verbis utar, (*Mycelium* Fratumeckius, vir praecl., vocat,) in lucem, seu potius in tenebras, editi.

rum impressionem ab ipso auctore mihi benevole communicatum tot tantisque polleat ingeniosis aeque ac subtilibus observationibus, ut gratum Botanicis fore sperarem, si eo duce genera disponere atque characteres ordinum adumbrare in me susciperem. Quodsi hoc negotium eo successu peregi, ut viam, qua facilius ad interiorem Cryptogamiae cognitionem pergere possit, tironi monstrassem, me oleum et operam non perdidisse crediderim. Caeterum, ut opusculo non sine singulari amore quidem suscepto, sed minime omnibus numeris absoluto, benigne indulgeant artis periti, omni, qua par est, observantia oro rogoque.

Dabam
Monachii Id. April.
MDCCCXVI.

Auctor.

Auctores citati.

E. Acharii lichenographiae Sueciae prodromus. Lincop. 1798.

Ejusd. methodus lichenum. P. 1. 2. Holm. 1803.

Ejusd. lichenographia universalis. Gott. 1812. 4.

Ejusd. synopsis lichenum. Lund. 1814. 8. (Librum nondum vidi.)

J. B. de Albertini et *L. D. de Schweinitz* conspectus fungorum in agro Niskiensi crescentium. Lips. 1805. 8.

C. Allioni flora Pedemontana, tom. 1—3. Aug. Taur. 1785. fol.

Ejusd. auctuarium ad fl. Ped. Aug. Taur. 1789. 4.

Annalen der Wetterauer Gesellschaft für die Naturkunde. 1808. Frankf. 4.

A. J. G. C. Batsch elenchus fungorum. Hal. 1783. contin. 1. 1786. contin. 2. 1789. cum tab. aen. 42. 4.

J. Bauhini historia plantarum universalis. Tom. 1—3. Ebrod. 1650. 1651. fol.

C. Bauhini πίναξ theatri botanici. Basil. 1620. 4.

A. M. F. J. Palisot-Beauvois prodrome des cinq. et six. famill. de l'Aetheogamie. Paris. 1805. 8.

Blackwellianum herbarium emendat. et auct. c. *D. C. Trew.* Cent. 1—6. Norimb. 1750—1772. fol.

O. C. Blandow musci frondosi exsicc. Fasc. 1—3.

J. Bolton filices Brittaniae. P. 1. 2. Leeds and Huddersfield. 1785. 1790. 4.

Ejusd. history of Fungusses growing about Halifax Vol. 1—3. c. append. Huddersf. 1788—1791. 4.

S. de Bridel muscolog. recentiorum. Vol. 1—4. Goth. 1797—1803. 4.

Ejusd. bibl. supplement. Vol. 1. 2. Goth. 1806. 1812. 4.

Bulliard herbier de la France. Vol. 12. Paris. 1791. seq. fol.

G. E. W. Crome Sammlung deutscher Laubmoose. Schwerin. 1803. 1805. 1806. 4.

W. Curtis flora Londinensis. n. 1—70. Lond. 1777—1785. fol.

J. Dickson fasciculi IV. plantar. cryptog. Brittaniae Lond. 1785—1801. 4.

J. J. Dillenii historia muscorum. Oxon. 1741. 4.

L. W. Dillwyn's synopsis of the british confervae fasc. 1—16. Lond. 1800—1810. 4.

Ejusd grofsbrittanische Conferven, übersetzt von *Weber und Mohr*. Gotting. 1803—1805. 8.

F. Ehrhardt's Beiträge zur Naturkunde. B. 1—7. Hannov. 1787—1792. 8.

Ejusd. plantae cryptogamae exsicc. Dec. 1—32. Hannov. 1785—93. fol.

English botany, or coloured figures of british plants by *J. E. Smith* and *J. Sowerby* Vol. 1—36. Lond. 1790—1814. 8.

J. C. Enslin de Boleto suaveolente Linnaei. Erlang. 1784. 4.

Flora danica, ediderunt *C. Oeder*, *O. F. Müller*, *M. Vahl* et *J. W. Hornemann* 1761. seq. Vol. 8.

Fries observation. mycolog. Havn. 1815. 8.

H. C. Funck cryptogamische Gewächse des Fichtelgebirges (exsicc.) Heft 1 — 23. Leipz. 1801 — 1816. 4.

Girod-Chantrans recherches chimiques et microscopiques sur les Conferves, les Bisses etc. Par. 1802. 4.

C. G. Hagen tentamen historiae lichenum. Regiom. 1781. 8.

A. Haller historia stirpium indig. Helvetiae, Tom. 1 — 3. Bernae 1768. fol.

J. Hedwig theoria generationis plant. cryptogam. ed. sec. Lips. 1797. 4.

Ejusd. fundam. histor. natur. muscor. frondos. P. 1. 2. Lips. 1782. 4.

Ejusd. description. et adumbration. stirpium cryptog. Vol. 1 — 4. Lips. 1787 — 1797. fol.

Ejusd. species muscor. Opus posthum. ed. *Schwaegrichen*. Lips. 1801. 4.

R. A. Hedwig observ. botan. Lips. 1802. 4.

G. *T. Hoffmann* enumeratio lichenum. Erl. 1784. 8

Ejusd. vegetabil. cryptog. fasc. 1. 2. Erl. 1787 — 1790. 4.

Ejusd. nomenclator fungor. Berol. 1789. 8.

Ejusd. libri continuatio 1. ib. 1790. 8.

Ejusd. descriptio et adumbratio plantarum e classe cryptog. L., quae lichenes dicuntur. Vol. 1 — 4 Lips. 1790. seq. fol.

Ejusd. Deutschlands Flora. Cryptogamie. Erlang 1795. 12.

Holmskiold beata ruris otia fungis danicis impensa. P. 1. 2. Havn. 1797. fol.

W. *Hooker* british Jungermanniae. Fasc. 1—17. Lond. 1813—1815. (A me non visi.)

D. H. Hoppe decas fungorum epiphyllorum. Ratisb.

W. Hudson flora anglica. P. 1. 2. Lond. 1778. 8.

F. A. ab Humboldt florae fribergensis specimen. Berol. 1793. 4.

N. J. Jacquin miscellanea austriaca ad Botanicam, Chemiam et Historiam naturalem spectantia. Vol. 1. 2. Vindob. 1778. 1781. 4.

Ejusd. collectanea ad Botanicam, Chemiam et Historiam naturalem spectantia. Vol. 1—4. ib. 1786—1795. 4.

Ejusd. flora austriaca. Cent. 1—5. ib. 1773—1776. fol.

C. v. Krapf Beschreibung der in Unterösterreich etc. wachsenden Schwämme. Wien. 1782. 4.

Lemarck et Decandolle florę française. Vol. 1—3. Par. 1805. 8.

J. D. Leers flora herbornensis. Herb. 1775. 8.

F. W. Leysser flora halensis. Hal. 1783. 8.

J. Lightfoot flora scotica. Vol. 1. 2. Lond. 1777. 8.

C. a Linné systema plantar. ed. Reichard. Vol. 1—4. Francof. 1779. 1780. 8.

Magazin für die neuesten Entdeckungen der Naturkunde, herausgeg. von der Gesellschaft naturforschender Freunde zu Berlin. Berl. 1809—1815. Vol. 7. 4.

P. A. Micheli genera nova plantarum. Florent. 1729. 4.

D. M. H. Mohr observat. botanic. Kil. 1805. 8.

O. F. Müller flora fridrichsdalensis. Argent. 1767. 8.

N. J. Necker methodus muscorum. Mannh. 1771. 8.

C. G. Nees v. Esenbeck die Algen des süfsen Wassers nach ihren Entwicklungsstufen dargestellt. Würzb. 1814. 8.

Ejusd. das System der Pilze und Schwämme. ibid. 1816. 4. cum tab. 44. aeneis.

Nova acta holm. s. kongelige Vetenskaps Academiens nya Handlingar. Stockh. 1780. et seq. 8.

Novi commentar. petropolit. Petrop. 1750. seq. 4.

C. H. Persoon commentatio de fungis clavaeformibus. Lips. 1797. 8.

Ejusd. observat. mycologicae. P. 1. 2. Lips. 1796. 1798. 8.

Ejusd. tentamen disposit. method. fungor. ib. 1797. 8.

Ejusd. synopsis methodica fungor. P. 1. 2. Gotting. 1801. 8.

Ejusd. icon. et descript. fungor. minus cognitor. Fasc. 1. 2. Lips. 1800. 4.

Ejusd. icon pictae rariorum fungorum Fasc. 1. 2. Par. 1804. 4.

B. Raji synopsis stirpium brittanicarum. P. 1. 2. Lond. 1690. 8.

F. J. Rebentisch prodromus florae neomarchicae. Berol. 1804. 8.

R. Relhan flora cantabrigiensis. Cantab. 1785. 8.

J. J. Römer Archiv f. d. Botanik. Leipz. 1796—1805. Th. 1—3. 4.

Ejusd. et P. Usteri Magazin f. d. Botanik. B. 1—4. Zürich. 1787—90. 8.

A. Guil. Roth tentamen florae german. Tom. 4. Lips. 1788—1800. 8.

Ejusd. Beiträge zur Botanik. Th. 1. 2. Brem. 1782. 1783. 8.

Ejusd. neue Beiträge z. Botanik. Frankf. 1802. 8.

Ejusd. Catalecta botanica. Fasc. 1—4. Lips. 1797—1809. 8.

Ejusd. botan. Bemerkungen u. Berichtigungen. Leipz. 1807. 8.

J. C. Schaffer fungorum, qui in Bavaria et Palatinatu circa Ratisbonam nascuntur, icones. Vol. 4. (tab. 330.) Ratisb. 1762—1770. 4.

Ejusd. der Gichtschwamm mit grünschleimigem Hut. Regensb. 1760. 4.

C. Schkuhr kryptogam. Gewächse. H. 1. 2. Leipz. 1804. 1805. 4.

C. C. Schmidel icones plantarum et analyses partium. Fasc. 1—3. recus. Erlangae. 1793—1797. fol.

Ejusd. dissertationes botanici argumenti revisae et recusae. ibid. 1783. 4.

J. C. Schleicher plantae cryptog. Helvetiae exsicc. Cent. 1—6.

H. A. Schrader spicilegium florae germanicae. P. 1. Hannov. 1794. 8.

Ejusd. Samml. kryptogam. Gewächse (exsicc.) Lief. 1. 2. Gött. 1796. 97.

Ejusd. nova genera plantarum. Fasc. 1. Lips. 1797. fol.

Ejusd. Journal f. d. Botanik. Gött. 1799—1803. 8.

Ejusd. neues Journal f. d. Botanik. Erfurt. 1805—1810. 8.

Fr. de Paula Schrank baiersche Flora. 2 Bde. München 1789. 8.

J. C. D. de Schreber genera plantarum. Vol. 1. 2. Francof. 1789—91. 8.

Ejusd. spicilegium florae lipsicae, Lips. 1771. 8.

Ejusd. de Phaseo diss. Ib. 1770. 4.

C. F. Schultz prod. florae Stargard. Berol. 1806. 8.

F. Schwaegrichen supplementum ad species muscorum Hedwigii. P. 1. 2. Lips. 1811—13.

Ejusd. historiae muscorum hepatic. prodrom. Lips. 1814. 8.

A. F. Schweigger et *F. Körte* flora Erlangensis, continens plantas phaenogamas circa E. crescentes. Erl. 1811. 8.

J. A. Scopoli flora carniolica Tom. 1. 2. Ed. 2. Vindob 1772. 8.

J. Sibthorp flora oxoniensis. Oxon. 1794. 8.

J. Smith flora brittanica. V. 1—3. Lond. 1800—804. 8.

J. Sowerby english fungi, or coloured figures of English Fungi or Mushrooms. Lond. Fasc. 1—29. fol.

K. Sprengel Einleitung in das Studium der kryptog. Gewächse. Halle. 1804. 8.

Ejusd. flora halensis. Hal. 1806. 8.

J. Sturm Deutschlands Flora, II Abtheil. Heft 1—12. 1801—15. III. Abtheil. Heft 1. 2. 3. 1813—16. Nürnb. 12.

O. Swartz dispositio muscor. frondosor. Erl. 1798. 12.

Ejusd. synopsis filicum. Kil. 1806. 8.

J. C. Timm florae megapolitanae prodromus. Lips. 1788. 8.

H. J. Tode fungi mecklenburgenses selecti. Fasc. 1. 2 Lüneb. 1790. 91 4.

Transactions of the Linnean society. Vol 1—11. Lond. 1791—1813. 4.

D. Turner spicilegium muscologiae hibernicae. Verm. et Lond. 1804. 8.

P. Usteri Annalen d. Botanik. St. 1—24. Zürich. 1792—1800. 8.

S. Vaillant botanicon parisiense. Amst. et Lugd. 1727. fol.

Villars histoire des plantes de Dauphiné. Tom. 1—3. Grenoble 1786. 1787. 8.

G. Wahlenberg flora lapponica Berol. 1812. 8.

F. Guil. Weihrath annus botanicus s. supplementum tertium ad Sprengelii floram halensem. Hal. 1815. 8.

G. H. Weber spicilegium florae göttingensis. Gotting. 1770. 8.

F. Weber et *D. M. H. Mohr* Archiv für d. systematische Naturgeschichte. B. 1. St. 1. Leipz. 8.

Eorund. Beiträge zur Naturkunde, Kil. B. 1. 1805. B. 2. 1810. 8.

Eorund. Deutschlands kryptogamische Gewächse. B. 1. Kiel. 1807. 12.

C. Weigel observ. botan. Gryph. 1772. 8.

F. W. Weiss plantae cryptogamicae florae goettingensis. Goett. 1770. 8.

A. W. E. C. Wibel primitiae florae werthhemensis. Jen. 1799. 8.

F. H. Wiggers primitiae florae holsaticae. Kil. 1780. 8.

C. L. Willdenow florae berolinensis prodr. Berolin. 1787. 8.

Ejusd. spec. plantarum. Vol. 10. Berol. 1797—810. 8.

Ejusd. enumeratio plantarum horti berolinensis. P. 1. 2. Berol. 1809.

W. Withering botanical arrangements of the vegetables naturally growing in Great Brittain. Vol. 1—4. Birmingh. 1796. 8.

L. Trattinick flora austriaci cum descriptionibus ac histor. natur. completa. Fasc. 1—5. Vindob. et Terg. 1800. 4.

Ejusd. die essbaren Schwämme des österreichischen Kaiserstaates. Wien u. Triest. 1809. 8.

gamicorum descendens, ad postremum Algarum, aquas dulces inhabitantium, ambigua creatione tam animalem quam vegetabilem vitam attingens, in se ipsa soluta plane extinguitur. Alga, dum animalcula gignit cita morte virescentia, libera prole movetur, ab altera parte, vi vegetandi fortiori tactae aliae quaedam, plantarum regno per omnem vitam adscriptae, simplicissimas istas formas vegetabilium sistunt, quas haud immerito tanquam fundamenta seu radices omnis vegetationis, sursum, lucem versus, tendentis, proponimus.

Hanc altera excipit Vegetatio, quam, Neesio praeeunte, succedaneam (nachbildliche) appellarem, quae, morte aliorum corporum viventium excitata, vitae, quae jam in istis evanuit, novas, easque alienas et fugaces species fingit. Hanc viam generationis, priori oppositam, sequentes Ordines exhibent, ab inferioribus, quae *Algarum* et *Lichenum* centrum propius contingunt, ad altiora firmioraque transeuntes.

Ordo decimus.

CONIOMYCETES Mart. Staubpilze.

Vegetabilia parasitica in plantis vel vegetis vel putredine sicca correptis exsuccisve; modo nil nisi *vesiculae* (i. e. *sporidia*) coacervatae, liberae vel sessiles, modo *sporidia* in basi, i. e. *stromate* vesiculoso-gelatinoso grumosove.

(*Protomyci*, *Elementarpilze Ns.*)

Sectio prima. Coniomycetes elementares Mart.

Sporidia nuda, i. e. nullo stromate suffulta, vel omnino inter se libera vel concreta, modo ex epidermide erumpentia, modo in epidermide sessilia.

(*Coniomyci et Goniomyci, Staubpilze Ns. — Mucedinum series I. et II.: Enophytae et Conisporae Lk.*)

Series prima. Coniomycetes elementares entophyti Ns.

Mycetes in plantis ut plurimum vegetis sessiles, fixi.

87. XYLOMA Pers.

Sporidia irregularia, grumosa, intra foliorum substantiam densissime compacta.

Xyloma est quasi *rudimentum Coniomycetis*, qualem *Caeoma* exhibet, vi vegetabilis, in quo parasitatur, subactum.

88. CAEOMA Lk.

Sporidia ex epidermide erumpentia, subglobosa, simplicia vel semel annulata, laxe coacervata.

89. PUCCINIA Pers. ex emend.

Sporidia sessilia, tri — quadri-annulata, caudis distinctis.

90. PODISOMA Lk.

Sporidia propullulantia, annulata, caudis in carnem constipatis.

Series secunda. Coniomycetes elementares liberi Ns.

Mycetes in plantis plerumque subemortuis provenientes, inspersi, liberi.

91. FUSIDIUM Lk.

Sporidia fusiformia, pellucida, inspersa.

92. STILBOSPORA Pers.

Sporidia oblonga, opaca, annulata, caespitose protumentia.

93. SEIRIDIUM Ns.

Sporidia oblonga, opaca, amphiura, caudis concatenata, caespitose protuberantia.

94. ILLOSPORIUM Mart.

Sporidia globosa, simplicia, colorata, subpellucida, cum membrana granulosa conglomerata.

In vegetabilibus simplicissimis affinitates generum formulis mathematicis exprimi posse, egregie ostendit Cl. *Nees ab Esenbeck.* Sic:

Xyloma ^{2} = Caeoma.

Caeoma ^{2} = Puccinia et Puccinia ^{2} = Podisoma.

Dicaeoma : Podisoma = Stilbospora : Illosporium etc.

Sectio secunda. Coniomycetes suffulti Mart.

Sporidia in *stromate* e massa sporidiis simili (vesiculoso-gelatinosa) conflato erumpente vel insidente sparsa vel effusa, modo laxa, modo arcte adhaerentia.

(*Sphaeromyci, Staubkugelpilze Ns. — Mucedinum ser. III.: Sphaerobases Lk.*)

Series prima. Coniomycetes suffulti liberi M. (evolutivi Ns.)

Sporidia a stromate facile secedentia.

95. AEGERITA Pers.

Sporidia globosa, in *stromate* sessili subgloboso laxa.

96. FUSARIUM Lk.

Sporidia fusiformia, in *stromate* sessili convexo laxa.

Series secunda. Coniomycetes suffulti concreti Ns.

Sporidia stromati plus minus arcte adhaerentia.

97. MELANCONIUM Lk.

Sporidia subglobosa, in *stromate* erumpente planiusculo.

98. EPICOCCUM Lk.

Sporidia subglobosa, in *stromate* erumpente globoso, valde adhaerentia.

99. DIDYMOSPORIUM Ns.

Sporidia didyma, in *stromate* erumpente convexo laxiuscula.

100. EXOSPORIUM LK.

Sporidia cylindracea, annulata, in stromate erumpente globoso per gomphosin sessilia.

Series tertia. Coniomycetes suffulti evoluti Ns.

Sporidia e *stromatis substipitati* vertice fatiscente orta.

101. TUBERCULARIA Pers.

Sporidia in *stromate* erumpente substipitato supra subgloboso, massae subgelatinosae junctae.

102. CALYCIUM Pers.

Sporidia in *stromatis* non erumpentis vertice urceolato, massae (disci) floccosae juncta. *Hypostroma* pulverulentum vel subleprosum.

103. GYMNOSPORANGIUM Cand.

Sporidia annulata, caudata, in *stromate* gelatinoso-cartilagineo erumpente.

Cacoma : Illosporium = Aegerita : Epicoccum.
Fusidium : Fusarium = Stilbospora : Didymosporium.
Seiridium : Exosporium = Podisoma : Gymnosporangium.
et sic alia genera.

Ordo undecimus.

HYPHOMYCETES Mart. Fadenpilze.

Vegetabilia in corporibus organicis parasitica, caule foliis et sexu prorsus destituta, *sporidiis* (i. e. granulis vesiculosis nudis) vel *sporis* (iisdem inclusis) ut plurimum se propagantia, *structura* filamentosa vel fibrosa. *Fila* (*flocci*, *hyphae*) pellucida, vel continua vel septata. *Fibrae* plerumque opacae, annulatae vel continuae. *Pulvis pro-*

lificans quasi articuli filorum fibrarumque secedentes vel excreti.

Sectio prima. Mucedines Ns.

In corporibus putredine humida correptis, praesertim e regno vegetabili, parasiticae. *Flocci* (s. *hypha*) plerumque septati, discreti, e membrana tenui aquoso-pellucida formati, diffluentes, fugaces; *sporidia* utplurimum pellucida per hypham sparsa, vel una cum illa oriunda, vel ejusdem articuli soluti.

(*Fadige Schimmel Nees. — Mucedinum series 5. Byssoideae Link. — Naematotheciorum gen. Pers.*)

Series prima. Mucedines polysporae Ns.

Hypha decumbens, *sporidiis* plerumque crebris absque ordine adspersa,

104. SEPEDONIUM Lk.

In fungis parasiticum. *Flocci* continui, contexti. *Sporidia* globosa, magna copia adspersa.

105. ALEURISMA Lk.

Flocci dense intricati, tenerrimi, septati. *Sporidia* dense inspersa, facile delabentia.

106. SPOROTRICHUM Lk.

Flocci intricati, plerumque septati. *Sporidia* ubicunque sparsa.

107. BYSSOCLADIUM Lk.

Flocci radiatim expansi, septati. *Sporidia* crebra ubicunque sparsa.

108. TRICHOTECIUM Lk.

Flocci septati. *Sporidia* ovata, didyma.

109. FUSISPORIUM Lk.

Flocci septati. *Sporidia* in hyphae medio, fusiformia.

110. EPOCHNIUM Lk.

Flocci septati. *Sporidia* subfusiformia cum appendiculo filiformi, inspersa.

111. ACREMONIUM Lk.

Flocci subsimplices, septati. *Sporidia* longe pedicellata.

112. COLLARIUM Lk.

Flocci septati. *Sporidia* in acervulos conglobata ubicunque sparsos.

Series secunda. Mucedines capitatae Nees.

Hypha erecta; *sporidiis* utplurimum in glomerulos confertis, versus summitates crebrioribus adspersa.

113. HAPLARIA Lk.

Flocci simplices v. subramosi, a se invicem segregati, septati. *Sporidia* globosa, conglomerata, inspersis.

114. ACROSPORIUM Ns.

Flocci simplices, moniliformi-articulati. *Sporidia* ipsi articuli dilabentes.

115. ACLADIUM Lk.

Flocci simplices vel virgato-ramosi, septati. *Sporidia* ovata vel oblonga, sparsa vel sursum conferta.

116. VIRGARIA Nees.

Flocci fastigiato - vel virgato - ramosi, septati. *Sporidia* globosa, inspersa vel sursum conferta.

117. BOTRYTIS Lk.

Flocci decumbentes steriles, fertiles erecti, ramulis corymbosis. *Sporidia* globosa, circa apices ramulorum collecta.

118. STACHYLIDIUM Lk.

Flocci decumbentes steriles, fertiles erecti, ramulis brevissimis verticillatis. *Sporidia* globosa in verticillis.

119. POLYACTIS Lk.

Flocci ramulis terminalibus approximatis. *Sporidia* in capitula terminalia collecta.

120. PENICILLIUM Lk.

Flocci fertiles erecti, steriles decumbentes, apice penicillato - ramulosi. *Sporidia* in capitula terminalia collecta.

121. ASPERGILLUS Lk.

Flocci apice clavato - incrassati. *Sporidia* circa apices collecta.

Series tertia. Mucedines asporae M.

Hypha aspora.

122. BYSSUS Lk.

Flocci aequales, continui, aëris contactu citissime deliquescentes.

Sectio secunda. Inomycetes Mart.

In corporibus e regno vegetabili contextu spisso, putredine nondum plane solutis, parasiticae. *Fibrae* compage firmula, persistentes, septatae (articulatae), rarius continuae, discretae aut concretae, colore obscuro. *Granula propagantia* opaca, vel *sporidia* per fibras sparsa, vel *sporae* ipsis fibris tubulosis (nec receptaculis propriis) contentae, fatiscendo solutae.

(*Naemathecior. genn. nonn. Pers.* — *Byssi*, *fasrige Schimmel Ns.* — *Muced. ser. V.*: *Byssoidearum genn. et ser. IX.*: *Sporidiosae Lk.*)

Series prima. Inomycetes aërei M.

Fibrae distinctae.

Familia prima. Inomycetes aërei entophyti (Ns.)

Fibrae intus sporophorae, pellucidae, in partibus foliaceis vigentibus.

123. ERINEUM Lk.

Fibrae cylindricae, apice aequales, intus *sporas* foventes in massam subgrumosam coagulaturas.

124. RUBIGO Lk.

Fibrae infundibuliformes, intus *sporas* in massam subgrumosam coagulaturas connentes.

Familia secunda. Inomycetes aërei sporidiosi (s. excernentes). M.

Fibrae sporidiis distinctis donatae, opacae, rigidiusculae.

* *Gymnospori.* M. Sporidia inspersa.

125. CIRCINOTRICHUM Ns.

Fibrae continuae, tenues, circinato-intricatae, decumbentes. *Sporidia* fusiformia, subpellucida.

126. CHLORIDIUM Lk.

Fibrae continuae, erectae. *Sporidia* globosa, ubique crebre inspersa.

127. HELMISPORIUM Lk.

Fibrae continuae, erectae et rigidiusculae. *Sporidia* clavaeformia, annulata, subdiaphana, inspersa.

128. CLADOSPORIUM Lk.

Fibrae obsolete septatae, demum solutae in *sporidia* ovata subseriata.

** *Angiospori* M. Sporidia in sporangiis.

129. TRENTEPOHLIA Mart.

Fibrae septatae, erectae, ramosae, intra articulos massam fatiscentem foventes. *Sporangia* terminalia vel lateralia, subglobosa, apice rumpentia.

130. ANTENNARIA Lk.

Fibrae annulato-moniliformes, erectae et decumbentes, ramosae. *Sporangia* basilaria, granuliformia, irregulariter secedentia.

Familia tertia. Inomycetes aërei aspori (dilabentes vel immutati) M.

Fibrae sporidiis distinctis nullis, (hinc inde forte in ramulos vel articulos dilabentes vel fatiscentes) opacae, saepe solidae.

131. SPONDYLOCLADIUM Mart.

Fibrae annulatae, erectae, ramulis verticillatis. *Sporidia* forte ramuli dilabentes.

132. RACODIUM Lk.

Fibrae continuae, ramosae et dense implexae, inspersis *granulis* e ramulis extremis moniliformibus conglobatis. *Sporidia* ramulorum articuli?

133. MONILIA Lk.

Fibrae moniliformes, articulis ovatis, intus *massam grumosam*, demum fatiscentem, continentibus, a se invicem non solvendis.

134. ALTERNARIA Ns.

Fibrae simplices, moniliformes, articulis ellipticis, interstitiis filiformibus.

135. TORULA Lk.

Fibrae spuriae, formatae *granulis*, medio *massam grumosam* continentibus, concatenatis et absque ordine discedentibus.

136. DEMATIUM Lk.

Fibrae continuae, rigidiusculae et persistentes, ramosae, intricatae, decumbentes. *Sporidia* nulla.

Series secunda. Inomycetes terrestres M.

Fibrae longitudinaliter connatae.

137. OZONIUM Lk.

Fibrae ramosae: *rami primarii* e fibrillis pluribus continuis fasciculatis compacti, *ultimi* fibrae simplices articulatae. *Sporidia* ignota.

138. HIMANTIA Pers. ex em. Lk.

Fibrae subtenaces, absque cortice, ramosae, e fibrillis sibi aequalibus omnibus continuis compositae. *Sporidia* nulla.

139. RHIZOMORPHA Roth.

Fibrae tenaces corticatae, ramosae, e fibrillis sibi aequalibus continuis compactae.

Sectio tertia. Mucores Ns.

In vegetabilibus vel putredine correptis vel adhuc vigentibus, nec non in partibus animalium parasitici. *Flocci* aut discreti, aquoso-pellucidi. aut concreti in massam plus minus carnosam (*stroma*).

Sporae hypha tectae vel inclusae sporangiis: — aut in aliis *sporidia* floccis propriis (*sporophoris*) adnata.

(*Staubfadenpilze Ns.*)

Series prima. Nematomycetes Ns.

Flocci a se invicem discreti.

Familia prima. Nematomycetes tegentes Ns.

Flocci intricati sporas, nullo receptaculo proprio contentas, involventes tegentesque.

(*Gastromycorr. ser. IV.: Floccosi Lk.*)

140. TRICHODERMA Lk.

Flocci ramosi, septati, *sporas* globosas congestas circuitu circulari oblongove tegentes.

Familia

Familia secunda. Nematomycetes vesiculiferi Ns.

Sporae vesiculis (sporangiis) a floccis sustentatis contentae.

(*Gastromycor. ser. I.: Mucidi Lk.*)

141. MUCOR Pers.

Flocci simplices vel ramosi. *Sporangia* globosa, demum diffluentia.

142. ASCOPHORA Tode.

Flocci simplices vel ramosi. *Sporangia* globosa, demum reflexo-campanulata.

143. DIDYMOCRATER Mart.

Flocci subsimplices. *Sporangia* didyma, cylindrica, ore in vertice orbiculari.

Series secunda. Trichomyci Nees.

Flocci in substantiam uniformem (*stroma*) vario modo concreti.

Familia prima. Cephalotrichi Nees.

Sporidia in stromate libera, varie affixa.

(*Mucedinum series 7: Membranaceae atque 8: Mycetodeae Link.*)

144. CERATIUM Alb. Schw.

Stroma membranaceum, plicatum: *flocci* adnati simplices. *Sporidia* fugacia.

145. ISARIA Pers. Lk.

Stroma carnosum, teretiusculum; *flocci* adnati ramosi. *Sporidia* subpersistentia.

146. COREMIUM Lk.

Stroma simplex, apice capitatum; *flocci* adnati pennicilliformes, *sporidiis* adspersi.

147. CEPHALOTRICHUM Lk.

Stroma simplex, apice floccosum. *Flocci* in capitulum convoluti; *sporidiis* globosis inspersis.

Familia secunda. Sarcocephali Ns.

Sporidia stromate involuta. (*Sporae.*)

(*Gastromycorum ser. 2: Solidi, et Mucedinum ser. 6: Scutellatae Lk.*)

148. STILBUM Pers.

Stroma fibroso-carnosum, capitatum; *capitulum* denudatum, molle, massa sporis minimis imbuta.

149. DACRYOMYCES Ns.

Stroma gelatinoso-carnosum, subglobosum aut disciforme, intrinsecus *floccis* et *sporis* inspersis refertum.

Dacryomyces est Rivularia inter Mucores.

Ordo duodecimus.

GASTROMYCETES Ns. Balg- (Bauch-) Pilze.

Vegetabilia caule, fronde, foliis sexuque destituta: vesicae membranaceae (*peridium*) intus *sporis*, cum vel absque iis (*capillitio*) intextis, farctae, e latice molli gelatinoso congelascentes.

Sectio prima. Aërogasteres. Ns.

Peridium (vesica sporophora, sporangium) simplex vel duplex, tenue, plus minus fugax, sessile vel pedicellatum, e latice molli originitus congelascens.

(*Gastromycorum genn. plurimorum autt. — Dermatocarp. Pers. genn. pl. — Luftbalgpilze Ns.*

Series prima. Sporomesti Ns.

Peridium sessile, membranaceum vel floccoso-crustosum, fatiscens vel rumpens, aut magna ex parte aut totum evanescens, absque columella; *capillitium* inconspicuum vel nullum; *sporae* numerosae, infarctae.

150. EUROTIUM Lk.

Peridia membranacea, subglobosa, in *stromate* floccoso sessilia. *Sporae* nudae, conglobatae.

Est totius seriei prototypus.

Familia prima. Sporomesti efflorescentes Ns.

Peridium sessile, membranaceum vel furfuraceo-membranaceum, sensim evanescens, intus *capillitio* lamelloso vel fibroso; *sporis* creberrimis, confertis.

151. AETHALIUM Lk.

Irregulare. *Peridium* sessile, extus stupposum, intus membranaceo-lamellatum. *Sporae* nudae, conglobatae.

152. LYCOGALA Pers.

Globosum vel subirregulare. *Peridium* membranaceum, intus in capillitium transiens. *Sporae* confertae.

Familia secunda. Sporomesti diffluentes Ns.

Peridium sessile, furfuraceum vel membranaceum, tenuissimum, fugax, *sporis* creberrimis compactis, absque capillitio conspicuo, refertum.

153. MYROTHECIUM Tode.

Difforme, depressum. *Peridium* crusteso-furfuraceum, fragile. *Sporae* conglutinatae.

154. LICEA Lk.

Subglobosum vel subcylindricum. *Peridium* tenue membranaceum. *Sporae* congestae.

155. DERMODIUM Lk.

Indeterminatum. *Peridium* tenuissimum, fugax. *Sporae* conglobatae, numerosissimae.

Series secunda. Trichocisti Ns.

Peridium sessile vel pedicellatum, membranaceum, aut rumpens aut in squamas solutum, circumscissumve, intus capillitio conspicuo, saepius columella quoque. *Sporae* minus numerosae, quam in serie antecedente.

Familia prima. Trichocisti lepidoti Ns.

Peridium simplex vel duplex, in lacinias irregulares solutum vel fatiscens. Capillitium immutatum.

156. DIDYMIUM Schrad.

Subglobosum. *Peridium duplex.* *Columella nulla.*

157. DIDERMA Lk.

Subglobosum. *Peridium duplex.* *Columella*

158. PHYSARUM Lk.

Subglobosum. *Peridium simplex*, in squamas fatiscens. *Columella nula.*

159. LEANGIUM Lk.

Globosum. *Peridium simplex*, fragile, in lacinias stellatim rumpens. *Columella.*

160. LEOCARPUS Lk.

Globosus aut ovatus. *Peridium simplex*, rumpens. *Columella nulla.*

Familia secunda. Trichocisti cancellati Ns.

Peridium simplex, rumpens vel ex parte evanescens, certis finibus solutum (circumscissum). *Capillitium* reticulatum, e fundo elastice sese expandens, vel rigidum persistens, irregulariter solutum. *Sporae* conglobatae vel liberae, capillitio inspersae.

161. TRICHIA Pers.

Forma determinata, varia. *Peridium* rumpens. *Capillitium* e fundo tortuoso-surgens.

162. ARCYRIA Pers.

Ovata vel cylindrica, stipitata. *Peridium* circumscissum, superiore parte evanescente, inferiore patelliformi residua. *Capillitium* e fundo elastice surgens, deciduum.

163. CRIBRARIA Schrad.

Globosa, stipitata. *Peridium* superne in cancellos fatiscens.

164. DICTYDIUM Schrad.

Globosum, stipitatum. Peridium totum aut maximam partem in cancellos fatiscens.

Familia tertia. Trichocisti dissoluti Ns.

Peridium simplex, totum evanescens vel operculo dejecto apertum. *Capillitium* e stipite vel e peridio tandem integrum solutum.

165. STEMONITIS Pers.

Cylindrica vel subglobosa, stipitata. *Peridium* fugax. *Capillitium* reticulatum, stipitem laxe ambiens deque eo persistente diffluens.

166. CRATERIUM Trentep.

Sporangium cyathiforme, operculatum. *Capillitium* floccosum, liberum, emergens.

167. ONYGENA Pers.

Sporangium subglobosum in stipite fibroso. *Peridium* crustosum, fibris intextis. *Sporae* conglobatae nudae.

Stat hoc genus quasi in limite inter Aërogasteres sporomestos et trichocistos.

Sectio secunda. Geogasteres Ns.

Peridium densum, floccoso-cellulosum, originitus duplex, postea confluens et simplex, massam gummosam, primo fluidam vel humidiusculam demum in sporas congelascentem fovens.

(*Gastromycorum genn. plurimorum autor.* — *Dermatocarpi et Sarcocarpi Pers.* — *Erdbalgpilze Nees.*)

Series prima. Dermatogasteres Ns.

Peridium exterius in squamas, floccos, aculeos vel lacinias secedens: interius primo clausum, membranaceum, in capillitium abiens regulariter vel irregulariter rumpens. Sporae e latice diluto coagulantes.

168. SCLERODERMA Pers.

Sporangium subglobosum, saepe in stipitem attenuatum. *Peridium* simplex (utrumque connatum), durum, rimoso-verrucosum. *Sporae* in acervulos conglobatae, floccis inspersae.

169. BOVISTA Pers.

Sporangium globosum, plerumque sessile. *Peridium exterius* in lobos secedens; *interius* membranaceum, irregulariter rumpens. *Sporae* in capillitio pedicellatae.

170. LYCOPERDON Pers.

Sporangium subglobosum, saepe in stipitem attenuatum. *Peridium* simplex, membranaceum, verrucu-

loso- vel spiculoso- (in furfur) fatiscens. *Sporae* confertim inspersae.

171. SPHAEROBOLUS Pers.

Sporangium subglobosum. *Peridium* duplex: *exterius* coriaceum, in dentes dehiscens atque peridium *interius* fibroso-membranaceum projiciens. *Sporae* nudae, dense conglobatae.

172. GEASTRUM Pers.

Sporangium subglobosum, sessile. *Peridium* duplex: *exterius* liberum, stellatim rumpens, reflexum; *interius* basi adnatum, sessile vel pedicellatum, vertice demum apertum. *Sporae* primum pedicellatae, demum liberae, floccis inspersae.

173. TULOSTOMA Pers.

Sporangium globosum, stipitatum. *Peridium* simplex, membranaceum, in vertice ore suborbiculari, limbo integro, dehiscens. *Sporae* liberae, floccis inspersae.

Series secunda. Angiogasteres Nees.

Peridium exterius (*sporangium Link.*, *epiperidium Nees.*) interiora *plura* (*sporangiola Link.*, *peridiola Nees*), libera, vel in massa granulosa nidulantia, includens. *Sporae* dense conglobatae.

174. CYATHUS Pers.

Peridium exterius cyathiforme; *interiora* lentiformia, nidulantia, introrsum floccosa. *Sporae* in centro peridiorum internorum conglobatae, nudae.

Ordo decimus tertius.

Fungi Nees. Schwämme.

Vegetabilia caule, fronde, foliis sexuque carentia, contextu celluloso-fibroso carnoso, solida, forma varia. *Sporae* vel intus sparsae et nidulantes, vel *thecis*, superficiem occupantibus, (ascis Nees.) inclusae.

Sectio prima. Fungi aërei et hypogaei Nees.

Fungi figura subgloboso vel dilatata, solidi, cortice membranaceo vel crustoso undique circumsepti, carne in cellulas abeunte.

175. SCLEROTIUM Rebent.

Solidum, in globum tendens, intus similare (sporis destitutum), obscure cellulosum, *liberum*.

176. ERYSIBE Rebent.

Solidum, globosum, intus similare, in *stromate* e floccis radiatis contexto sessile; — super folia parasiticum.

Sclerotium atque Erysibe universi vegetabilium fungoserum regni prototypum exhibent.

---

177. TREMELLA Nees.

Forma varia, substantia subgelatinosa, textura fibroso-cellulosa, epidermide tenui. *Sporae* minimae intra substantiam, versus ambitum magis copiosae. — Fungus aëreus.

178. TUBER Pers.

Rotundato-difforme, subterraneum, cortice crasso rimoso, intus venosum et cellulosum, *cellulis (angiolis Nees.)* plerumque globosis, demum venis pedicellorum ope infixis. — Fungus hypogaeus.

Sectio secunda. Fungi clavati et pileati Nees.

Fungi elongati, vel e forma hemisphaerica expansi, vel in ambitu vel in superficie partium in planum expansarum strato thecarum sporophorarum fixo *(hymenio)* vestiti.

(Hymenotheciorum genn. Pers.)

Series prima. Fungi clavati Nees.

Clavaeformes vel varie ramosi, in superficie, vel undique vel superne, thecaphori.

Familia prima. Clavati ramigeri.

179. MERISMA Pers.

Ramulosum, ramis superne dilatatis planis apicibus flocculosis, *undique* strato thecarum *vestitum.*

180. CLAVARIA Pers.

Ramosa vel simplex, ramis teretiusculis, *superne thecaphora.*

Familia secunda. Clavati stipitati.

181. SPATULARIA Pers.

Clava compressa, utrinque in stipitem decurrente, *superne thecaphora.*

182. GEOGLOSUM Pers.

Clava teretiuscula, a stipite discreta, *undique thecaphora.*

Familia tertia. Clavati mitrati.

183. HELVELLA Pers.

Mitra plicata, sinuosa, in stipitem utrinque deflexa, *ubique* thecis amplis vestita.

184. MORCHELLA P.

Mitra conica, reticulato-cellulosa, *ubique* thecaphora.

Thecae in hoc genere omnium amplissimae, saepe aliquantum tortae, omnes sporephorae, emissis sporis hyalinae. Sporae 6—8. oblique seriatae. ellipticae. Textura fibrosa, angusta inter stratum utrumque thecarum. Ns.

Series secunda. Fungi pileati Ns.

Forma varia, in hemisphaerium tendentes, stipitati vel sessiles, hymenio vario.

Familia prima. Pileati elati Ns.

185. AGARICUS L.

Hymenium lamellosum, lamellis liberis.

186. BOLETUS Pers.

Hymenium tubulosum.

Familia secunda. Pileati connexi Ns.

187. DAEDALEA Pers.

Hymenium lamellis reticulato-connexis.

188. SYSTOTREMA Pers.

Hymenium dentato-lacerum.

Familia tertia. Pileati explanati Ns.

189. MERULIUS Pers.

Hymenium plicato-venosum.

190. HYDNUM Pers.

Hymenium subulatum.

191. THELEPHORA Pers.

Hymenium verrucosum, vel totum explanatum.

192. AURICULARIA Link.

Gelatinosa. *Hymenium* villosum.

Sectio tertia. Fungi utrini. Ns.

Pistillares, superficie deliquescente, granis muco innatantibus; — vel patellaeformes, thecis erectis incrassatis fixis vel erumpentibus plerumque sporis octo refertis, paraphysibus cinctis. *Ns.*

(*Hymenotheciorum genn. Pers.*)

Series prima. Fungi pistillares Ns.

Pistilliformes, granis in muco natantibus.

Num hi quoque thecis gaudeant, grana s. sporas vehentibus, easque maturationis momento in laticem superficiem obtegentem efundentibus, an potius sporae nudae muco innatent, nondum observatum est.

(*Sunt Linkio Gastromycorum series 7.: Rhantispori.*)

193. PHALLUS Pers.

Caput ovatum, indusio destitutum. *Involucrum* s. volva amplum.

Series secunda. Fungi calycini Ns.

Patellaeformes, *thecis* sporophoris fixis vel erumpentibus.

(*Fungi Link.*)

194. PEZIZA Pers.

Cyathiformis vel urceolata, sessilis stipitatave, *thecis* fixis.

195. ASCOBOLUS Pers.

Disciformis vel obconicus, *thecis* erumpentibus et defluentibus.

Sectio quarta. Myëlomycetes Ns.

Fungi figura varia, sporangiis (peridiis Ns) firmis undique clausis vel regulariter apertis; thecis (ascidiis Ns.) sporas (saepe annulatas) vehentibus, demum in laticem gelatinosum deliquescentibus aeque eructandis.

(*Sclerocarpor. genn. Pers.* — *Xylariar. genn. Lk.* — *Kernschwamme Nees.*)

196. HYSTERIUM Pers.

Perithecium elongatum, lineare vel suborbiculare, rima dehiscens. *Thecae* fixae, *sporis* ovalibus subannulatis.

197. SPHAERIA Pers.

Perithecium subglobosum, ostiolo apertum vel rarius clausum, liberum vel plura *stromate* coniun

cta. *Thecae* deliquescentes, cum *sporis* oblongis annulatis emergentes.

198. THELEBOLUS Tode.

Receptaculum ventricosum, hemisphaericum. *Perithecium* receptaculo immersum, in papillam prominens, maturitate evectum. *Massa interna* gelatinosa, granulis immixtis. *Ns.*

199. NEMASPORA Pers.

Perithecium (?) verrucaeforme, rude, (granuloso-subvesiculosum), *cirrhos* tortuosos (sporophoros?) promens nullumve.

F l o r a

cryptogamica Erlangensis.

Ordo X.

CONIOMYCETES mihi.

Sectio I. Coniomycetes elementare

Series I. Coniomycetes elementares entophyti.

87. XYLOMA Pers. Blattschorf.

Sporidia grumosa, irregularia, vix evoluta, *intra* foli rum adhuc *vigentium* substantiam, in maculas d formes subcarnosas vel grumosas spissas, densis me compacta. — *Coniomycetum basis.*

1. XYLOMA *salicinum* P.

X. crassum, convexum, atrum, nitidum, int subtile aequabile album. — *Pers. disp. t.* 2. *f.* 4. *N Syst. f.* 20.

α. sparsum, simplex orbiculare medio umbon tum. *Nees Syst. f.* 20. *a. X. umbonatum Hoppe d fung. epiph.* 1. *n.* 4.

β. confluens, planum majus. *Nees Syst. f.* 20. *X. salicinum Autor.*

In foliis *Salicis Capreae* frequens, praesertim r re, tempestate pluviosa.

2. XYLOMA *acerinum* P.

X. tenue, planum, maculiforme, superficie lineis flexuosis inaequali, margine reticulato, nigrum. — *Nees. Syst. f.* 21.

α. sparsum maculis parvis suborbicularibus aggregatis. *X. punctatum P. Nees. f.* 21. *a. Hoppe dec.* 1. *n.* 2.

β. confluens confluens majus. *X. acerinum P. Nees f.* 21. *b. Hoppe dec.* 1. *n.* 1.

In foliis *Aceris Pseudoplatani, campestris* et *Platanoidis*, vere.

3. XYLOMA *sticticum* mihi.

X. crassiusculum, convexum, suborbiculare, sparsum, verruculatum, margine irregulari et subcrenato, extus cinereo-nigrum, intus nigrum albo-punctatum. — Anne hujus loci *Sphaeria Ulmi Duval.*?

Maculae forma varia, plus minus ad orbicularem accedente, lineam dimidiam ad tres diametro aequantes, sparsae, plures plerumque in unico folio consociatae, convexae, margine subcrenato vel irregulari, colore nigro-cinerascente cum nitore, facie verruculata. — Structura hujus Xylomatis a reliquis non recedit, sed evidentior ac in reliquis, quae examinandi facultas mihi huc usque fuit, atque luculentior apparet. Granula nimirum minuta subglobosa (*sporidia*) omnem cellularum folii cavitatem implent, in medio laxius farcta ibique pellucida alba, ad cellularum parietes vero densissime compacta, ibique succo ut videtur plantae, in qua parasitantur, colorata, plus minus nigra. Ita fit ut cellularum pristina forma, licet mutua pressione

et infarcta mole mutata, sub microscopio composito appareat atque cribrum poris subpentagonis exhibeat.

Habitat autumno in foliis *Ulmi campestris* et *effusae*, sed rarum.

Observ. I. Plantulam nostram ad Sphaeriae genus, cui quoad habitum est simillima, non pertinere iterata eaque sollicita disquisitione edoctus sum.

Observ. II. Sporidia solitaria e massa compacta hinc inde emersa observavi, atque pari modo in aliis Xylomatibus fieri excretionem sporidiorum, haud absonum foret, si quis contenderet. Ulteriore examine opus est, priusquam certi quid de vegetabilibus hisce singularibus statui possit.

4. XYLOMA *Crataegi torminalis* Nees in litt.

X. convexum, irregulare, sparsum vel confluens, laeve, fuscum intus albidum.

Maculae lineam unam ad duas latae, circumscriptione subquadrata, sed margine irregulares, modo sparsae, modo confluentes, laeves, paululum convexae, intus sordide albidae, aequabiles.

Habitat vere et autumno in *Crataego torminali*.

5. XYLOMA *stellare* P.

X. tenue, subverruculatum, nervos folii sequens radiatum, radiis linearibus, nigro-piceum intus concolor.

In foliis *Phyteumatis spicati* vere et prima aestate. Semper in facie foliorum superiore occurrit.

6. XYLOMA *populinum* P.

X. minutum, gregarium, forma varium, planiusculum laeve nitidum, fuscum demum nigricans intus concolor.

In superiore pagina foliorum *Populi nigrae* dejectorum, vere.

7. XYLOMA *alneum* P.

X. minutum, gregarium, forma varium, rugosum, nitidum, atrum intus concolor.

In foliis *Betulae* et *Alni*, plerumque paginam superiorem occupans, Aprili et Majo.

8. XYLOMA *lichenoides* Cand.

X.? minutissimum, remote gregarium in epidermide sessile, convexum vel subglobosum, atrum intus albidum. — *Funck cr. gew. n.* 461. — *Sphaeria punctiformis var. γ. ambigua Pers.*

Anxius hanc speciem, quae alius forte ordinis est, introduco. Ex epidermide nunquam erumpit, sed semper in foliis sessile reperitur. Textura quoque gelatinoso-fibrosa a reliquis Xylomatibus recedit. Anne rectius fungis utrinis adnumerandum? Tanta vero est partium minuties, ut, licet plurima specimina dissecassem et sub bona lente observassem, certi nihil de thecis sporisve praedicare possim. Aliorum examini commendo.

Habitat frequens in foliis quercinis dejectis, ob areas colore dilutiore, quas formal in illis, e longinquo se prodens. Vere praesertim post pluvias ubique occurrit.

9. XYLOMA *Pteridis* mihi.

X. gregarium, lineari-oblongum, saepe parallelum, planum, tenue, atrum. — *Sphaeria Pteridis Reb. fl. neom. t. 1. f. 3.*

Sphaeriae speciem non puto, nam nec perithecia nec thecas sporasve unquam vidi. Constat totum vegetabile massa sicca grumosa subvesiculosa in tubercula varia protuberante, ideoque potius Xylomatibus adscribendum est.

In fronde *Pteridis aquilinae* non raro.

---

88. CAEOMA Link. Staubbrand.

Sporidia libera, forma varia, simplicia *) vel *semel* annulato-constricta, e plantarum *vigentium* epidermide *erumpentia.* — *Hypodermium Lk.* — *Coniomycetum prima evolutio.*

A. ROESTELIA Lk.

Epidermis in *peridii spurii* tubulosi, demum in fibrillulas tenues soluti, formam excrescens. *Sporidia* opaca.

1. C. ROESTELIA *cancellata* Lk.

R. fuscescens; peridiis spuriis flavicantibus demum reticulato-fissis, apice integris. — *Jacq. aust. t. 17. Flor. dan. 704. Nees Syst. f. 1.*

---

*) *Sporidia simplicia* voco, quae nullo modo *constricta* vel *septata* sunt.

In aversa pagina foliorum *Pyri communis*, aestate et autumno.

B. AECIDIUM Lk.

Epidermis in *peridium spurium* subcyathiforme vel tubulosum, ore plerumque denticulato vel inciso, excrescens. *Sporidia* subdiaphana, flava vel rubra.

2. C. AECIDIUM *cornutum* P.

A. caespitosum, orbiculare, elevatum, flavescens; peridiis spuriis longissimis cylindricis curvatis. — *Flor. dan.* 838. *Pers. obs. myc.* 2. *t.* 4. *f.* 2. 3.

In foliis *Sorbi Aucupariae* frequens.

3. C. AECIDIUM *Berberidis* P.

A. caespitosum, orbiculare vel irregulariter oblongum, elevatum, convexum, flavo-aurantiacum; peridiis spuriis subcylindraceo-cyathiformibus, — *Jacq. Coll. I. t.* 4. *f.* 1. *Rebent. fl. neom. t.* 3. *f.* 11.

In *Berberide vulgari* horti botanici atque am Altstädter Pflaster-Steinbruch frequens.

4. C. AECIDIUM *Pini* P.

A. sparsum, suborbiculare, elevatum, flavo-subroseum; peridio spurio tubuloso subcompresso apice inaequaliter truncato fissoque; sporidiis aurantiacis. — *Subgenus Peridermium Link.* — *Nees Syst. f.* 4.

In foliis *Pini sylvestris* rarius.

5. C. AECIDIUM *crassum* P.

A. caespitosum, subirregulare, elevatum, crassiusculum, flavo-aurantiacum; peridiis spuriis cyathiformi-

bus, ore denticulato. — *Pers. ic. et desc. II. t. 3. f. 1. 2. Nees Syst. f. 2.*

In foliis *Rhamni cathartici* et *R. Frangulae* nec non *Ficariae ranunculoidis Roth.* aestate passim occurrit.

6. C. AECIDIUM *Rumicis* P.

A. caespitosum orbiculare, vel confluens subdiforme, rubrum; peridiis spuriis cyathiformibus sporidiisque albidis. — *Hoffm. fl. germ. 2. t. 11. f. 2.*

In foliis *Rumicis aquatici*, *acuti* aliorumque nec non in *Ribe Grossularia* parce.

7. C. AECIDIUM *Euphorbiae* P.

A. sparsum, orbiculare, aurantiacum; peridiis spuriis subimmersis cyathiformibus, ore denticulato revoluto. — *Nees Syst. f. 3.*

In *Euphorbia Cyparissia* (*tunc E. degenere Jacq.*) hinc inde a Maio in autumnum usque frequens.

8. C. AECIDIUM *Anemones* P.

A. sparsum, suborbiculare, flavescens; peridiis spuriis cylindricis denticulatis sporidiisque albidis. — *Funk. cr. gew. n. 303.*

In foliis *Anemones nemorosae* raro occurrit vere; e. g. ad viam nach Spardorf.

9. C. AECIDIUM *Compositarum* mihi.

A. caespitosum, confluens, tenue, rubens vel subflavescens; peridiis spuriis cylindricis subpallidis ore subintegro; sporidiis flavis. — *A. Prenanthis* et *Tussilaginis Pers. Funck. cr. Gew. n. 264.*

Macula vix erumpens laevis tenuis irregularis, rubens vel colore e purpurascente et flavicante vario; peridia spuria exserta cyathiformia vel exacte cylindrica, sporidiis foeta flava, efoeta expallida.

In foliis *Prenanthis muralis*, *Tussilaginis Farfarae* et aliarum hujus familiae plantarum.

C. USTILAGO Lk.

Sporidia exacte globosa, simplicia, nullo modo pedicellata, colore subnigricante, epidermidem irregulariter rumpentia. — *Uredo Pers.*

10. C. USTILAGO *violacea* (Lk.)

U. Sporidiis violaceis. — *Nees. Syst. f.* 5.

In antheris *Saponariae officinalis* praesertim locis udis e. g. im Erlach versus molendinam novam communis est.

11. C. USTILAGO *utriculosa* Ns.

U. sporidiis nigro-violaceis maximis. *Nees Syst. f.* 6.

In germinibus tumentibus et utriculosis *Polygonorum*, praesertim *P. avicularis*, aestate humida.

12. C. USTILAGO *decipiens* (Lk.)

U. sporidiis nigris dense compactis. — *U. segetum var. ε. Pers.*

In glumis graminum nonnullorum e. g. *Festucae duriusculae*, *Agrostis vulgaris*, in fructibus *Caricis piluliferae*, *stellulatae* aliarumque non infrequens.

13. C. USTILAGO *segetum* (Lk.)

U. sporidiis nigris facile detergibilibus. *Nees Syst. f.* 7. *Sturm III. t.* 33.

In glumis *graminum cerealium, Avenae, Tritici, Hordei* ovaria et semina destruens.

D. UREDO Ns.

Sporidia globosa vel subelliptica, pedicellis aut obsoletis aut longiusculis instructa (caudata), ex epidermide irregulariter erumpentia eamque plus minus depascentia. — *Uredo* et *Uromyces* (*Cacomurus*) *Lk.*

* *Albugo.*

14. C. UREDO *candida* P.

U. effusa vel subeffusa, convexa, alba, epidermide bullata tecta; sporidiis globosis, siccitate angulosis. — *Strauſs. in annal. Wetter. II. t.* 11. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 8.

In *Thlaspi Bursa Pastoris* frequens.

** *Rubigo.*

15. C. UREDO *polymorpha* Strauſs.

U. varia, prominula, e flavo rubra, primo pulvinata epidermi obtecta; (sporidiis globosis). *Strauſs et ic. l. c. f.* 4.

γ. *Salicis:* irregularis sparsa effusaque aurantia *Strauſs.*

δ. *Euphorbiae:* sparsa subglobosa miniato-aurantia. *Strauſs.*

In *Salicis viminalis, albae, vitellinae* nec non *Euphorbiae Helioscopiae* atque *Cyparissiae* foliis, aestate calida.

16. C. UREDO *circinalis* Strauſs.

U. caespitulis planis orbiculari-congestis demum confluentibus miniatis, epidermide cinctis; sporidiis globosis, cauda obsoleta. — *U. confluens et Tussilaginis* P.

In foliis *Tussilaginis* et *Mercurialis perennis*, prima aestate.

17. C. UREDO *tremellosa* Strauſs.

U. immatura crocea, (epidermide) clausa, pustulaeformis, subtremellosa; matura dehiscens pulverulenta, flavescens; (sporidiis subglobosis). *Strauſs.*

α. *Campanulae:* acervulis planis subrotundis confertis. *Strauſs.* — *U. Campanulae P.*

In *Campanulis variis* aestate parce provenit.

β. *Sonchi:* acervulis confertis subconfluentibus irregularibus. *Strauſs.* — *U. Sonchi arvensis P.*

In *Soncho arvensi* raro.

γ. *Ringentium:* inaequalis subsparsa aurantia. *Strauſs.* — *Funck cr. Gew. n.* 265.

Sporidia in omnibus subglobosa vel ovata, adulta pallidiora.

In variis plantis bilabiatis, e. g. *Euphrasia officinali, Rhinantho, Melampyris* frequens.

18. C. UREDO *effusa* Strauſs.

U. effusa, pulverulenta, difformis, epidermide obliterata; sporidiis subglobosis.

a. *Rosae:* magis diffusa major. — *U. miniata var. α. Pers.*

In foliis *Rosae caninae* aliarumque.

β. *Rubi*: laxe sparsa aurea *Strauſs.* — *U. Rubi fruticosi Pers.*

In foliorum *Rubi fruticosi* facie inferiore, autumno.

19. C. UREDO *Rosae* P.

U. effusa, caespitulis orbicularibus subpunctiformibus flavo-rubris. *Strauſs.* — *Funck cr. Gew n.* 245.

In foliis *Rosae centifoliae hortensis.*

20. C. UREDO *linearis* P. *).

U. linearis, effusa, plana, flava; sporidiis ovato-globosis. — *Strauſs. f.* 41. *(ad sinistram.)*

In foliis et culmis graminum frequens.

20. C. UREDO *orbicularis* mihi.

U. orbicularis, elevata plana, aurantio-flava: sporidiis ovatis in caudam variae longitudinis attenuatis.

In foliis *Salicis albae*, aestate.

*** *Nigredo.*

22. C. UREDO *scutellata* P.

U. sparsa, planiuscula, orbicularis, umbrina demum nigricans; sporidiis ex ovato-subglobosis cauda brevissima.

---

*) Ad hanc seriem quoque pertinere videtur coniomyces quidam, quem nondum plane evolutum observare potui, in foliis *Xylostii.*

Vulgaris in foliis *Euphorbiae Cyparissiae*, autumno.

23. C. UREDO *cincta* Strauſs,

U. subsparsa, orbicularis depresso-plana, cinnamomea; sporidiis subovatis acutis; epidermide alba persistente cingente.

In *Viciae Fabae* foliis et ramis. — *U. Viciae Fabae P.*: nec non in foliis *Betae vulgaris*: — *U. Betae P.*

24. C. UREEO *Conii* Strauſs.

U. sparsa, caespitulis oblongis vel irregularibus convexis obscure ferrugineis; sporidiis ellipticis. *Strauſs l. c. f.* 15.

Sporidia plerumque exacte elliptica, interdum vero quasi cauda minima, simplicia vel, quod tamen raro accidit, septulo obscuro notata. Epidermis infra acervulos evanescit eosque eodem modo non cingit, quo in affinibus observatur.

In foliis *Conii maculati* Majo.

25. C. UREDO *oblongata* Lk.

U. macula elliptica fusca; acervis hypogenis *) ellipticis sub epidermide bullata latentibus; sporidiis oblongis fuscis. *Link.*

In foliis *Junci pilosi*, primo vere.

26. C. UREDO *Leguminosarum* Lk.

U. gregaria, oblonga, convexiuscula, fusca; sporidiis ellipticis; epidermide albida persistente cingente.

*) S. in pagina folii inferiore oriundis.

In pagina aversa foliorum plurimarum Leguminosarum, e. g. *Astragali glycyphylli*, *Viciae sativae* etc.

27. C. UREDO *obtegens* Lk.

U. gregaria, irregularis dein confluens effusaque, purpureo-fusca; sporidiis ovatis subcaudatis. — *U. suaveolens P.*

In foliis *Serratulae arvensis* aestate non rara.

28. C. UREDO *apiculata* Strauſs.

U. sparsa, punctiformis, cinnamomea; capsulis globosis mucronulatis. *Strauſs. et ic. f.* 18. 19. 20.

In foliis subexsiccatis *Trifolii repentis* et *hybridi* atque in vigentibus *Violae caninae* rara.

29. C. UREDO *Phaseoli* Strauſs.

U. gregaria, subconfluens, suborbicularis; sporidiis pyriformibus cauda longa saepe incurva instructis; epidermide flavicante cingente. — *Strauss. l. c. f.* 22. *Nees Syst. f.* 10. — *Uredo appendiculata α. Phaseoli P.*

In foliorum *Phaseoli* pagina superiore.

E. DICAEOMA Ns.

Sporidia semel annulata, caudata, plerumque opaca. — *Puccinia Lk.*

30. C. DICAEOMA *Betonicae* Strauſs.

D. gregarium, suborbiculare, confluens, fuscum; sporidiis ovatis acutiusculis medio annulatis, cauda ipsis breviore subincurva. — *Strauſs. l. c. f.* 26. *Nees Syst. f.* 11. — *Puccinia Anemones β. Albert. Schwein.*

In *Betonicae officinalis* foliis.

31. C.

31. C. DICAEOMA *Menthae* (Strauſs.)

D. gregarium confluens planiusculum ferrugineum demum elevato-subglobosum nigricans; sporidiis globoso-subovatis medio annulatis, cauda ipsis breviore subcurva, demum subquadrangularibus. *Strauſs. f.* 29. — *Uredo et Puccinia Menthae P.*

In foliis *Menthae sylvestris, piperitae, arvensis* etc.

32. C. DICAEOMA *flosculosorum* (Strauſs.)

D. sparsum suborbiculare planum cinnamomeum; sporidiis ovatis vel subovatis, cauda brevi. *Strauſs. f.* 35. 36. 37.

In foliis *Hieracii murorum.*

33. C. DICAEOMA *Polygoni* (Strauſs.)

D. gregarium confluens convexum aurantiacum dein fuscum; sporidiis obovatis medio annulatis in caudam ipsis breviorem attenuatis. *Strauſs. f.* 38. 39. — *Puccinia Polygoni amphibii Pers.*

In foliis *Polygoni amphibii, Hydropiperis, lapathifolii, Bistortae* aliorumque, nec non in floribus.

34. C. DICAEOMA *verrucosum* (Strauſs.)

D. gregarium difforme subconfluens convexum dilute fuscum; sporidiis arcte cohaerentibus oblongis, cauda duplo longiore instructis, medio annulatis. *Strauſs. f.* 48. *Nees Syst. f.* 12.

In foliorum *Arenariae trinerviae* facie inferiore.

89. PUCCINIA Pers. ex emend. Ns. Stielbrand.

Sporidia cylindrica, tri- vel quadri annulata, subopaca, caudata, in plantarum *vigentium* epidermide *sessilia*. — *Phragmidium Lk.* — *Uredo Strauſs.*

1. PUCCINIA *mucronata* P.

P. nigra; sporidiis cylindraceis utrinque acutis, subtriannulatis, cauda attenuata. — *Strauſs. f.* 50. *Nees Syst. f.* 14. — *Puccinia mucronata α. Rosae Pers.*

In foliis *Rosae albae* et *centifoliae.*

2. PUCCINIA *bulbosa* Strauſs.

P. nigra; sporidiis cylindraceis quadriannulatis, cauda basi bulbosa. *Strauſs. f.* 51. — *Puccinia mucronata β. Rubi Pers.*

„Differt ab antecedente: capsulis longioribus, gracilioribus minusque acutis, septulis constanter quatuor, cauda tenuiore bulbosa nec fusiformi inflata, acervulorum magnitudine.„ *Strauſs.*

Habitat in foliis *Rubi fruticosi.*

---

90. PODISOMA Lk. Schweifbrand.

Sporidia oblonga annulata pedicellata, pedicellis in massam carnosam contextis, e ramis *vivis* erumpentia. — *Puccinia Pers.*

1. PODISOMA *Juniperi* Lk.

Caespites variae magnitudinis: lineas tres ad pollicem unum cum dimidio longi, subclavaeformes vel

vario modo gyrosi, modo densius aggregati, modo sparsi, colore fulvo vel hinc inde subaurantiaco, dum marcescunt fuscescente, substantia molli carnosa, siccati quasi cornea. — *Pers. Disp. t. 2. f. 1. a — e. Schmidel anal. t. 66. Nees. f. 15.*

In ramis *Juniperi communis* et *Sabinae;* rarum apud nos vegetabile.

Series II. Coniomycetes elementares liberi.

91. FUSIDIUM Lk. Staubspindel.

Sporidia libera, fusiformia, simplicia vel obscure annulata, diaphana, in plantarum partibus subemortuis parasitica.

1. FUSIDIUM *candidum* Link.

F. candidum, acervulis crassiusculis densis saepe confluentibus. *Lk. Mag. Berl.* 1809. *t. 1. f. 5.*

In ramis et truncis *Fagi, Quercus* aliarumque arborum frondosarum hinc inde provenit.

2. FUSIDIUM *griseum* Dittm.

F. griseum, acervulis tenuibus irregularibus. — *Nees Syst. f. 16. Sturm III. t. 17.*

In foliis dejectis subputridis *Fagi* vere non raro occurrit.

---

92. STILBOSPORA Pers. Staubschorf.

Sporidia libera, oblonga, obscure annulata, opaca, coacervata, in plantis *mortuis* parasitica. — *Uredines epixylae nigrae Straufs.*

1. STILBOSPORA *macrosperma* P.

St. convexa densa sporidiis oblongo-cylindraceis. *Pers. Disp. t.* 3. *f.* 13. *Nees Syst. f.* 17.

In truncis quercinis raro occurrit mense septembri, octobri.

2. STILBOSPORA *microsperma* P.

St. planiuscula sporidiis minutissimis ovatis vel globosis. *Pers. Obs. myc. I. t.* 2. *f.* 3.

In ramulis fagineis mense novembri inventa.

3. STILBOSPORA *asterosperma* P.

St. plana, sporidiis stelliformibus, angulis tribus quatuorve obtusis. — *Hoffm. fl. germ.* 2. *t.* 13. *f.* 3. *Nees Syst. f.* 17. *b.*

Autumno in lignis exsiccatis vel subputridis; unica vice a me lecta.

---

93. SEIRIDIUM Ns. Kettenstaub.

Sporidia oblongo-ovata vel cylindrica, opaca, stipitata, stipitibus pellucidis, sessilia, processibus similibus concatenata, sub epidermide erumpentia.

1. SEIRIDIUM *marginatum* Ns.

Acervuli subglobosi vel hemisphaerici, atri, aequabiles, vix ultra dimidiam lineam lati, e cortice erumpentes eoque marginata. *Nees Syst. f.* 19.

In ramis exsuccis *Rosae caninae* detexit amicus *Frid. Hochstadter*, vere 1812. ad hortum Welsianum.

94. ILLOSPORIUM mihi. Staubball.

Sporidia colorata subglobosa per membranam granulosam sparsa, cumque ea in *globulos* irregulares confertos glomerata, in vegetabilibus vigentibus parasitica.

1. ILLOSPORIUM *roseum* mihi. *).

Granula minutissima globosa, laevia, nitida, subpellucida, colore miniato, dispersa super membranam irregularem granulosam, colore magis ad roseum vergente insignem, quae in sphaerulam compacta est, ideoque vesiculam refert, intus vacuam vel etiam globulis nonnullis miniatis onustam, totum vegetabile sistunt, quod medium inter *Caeomata* et *Xylomata*, cum sporidia libera in strato ipso libero, quasi in *stromate fugaci*, foveat. Membranula illa granulosa ipsa in sporidia coagulare videtur, quorum matrix recte dici potest. Structura simplicissima est nec cum *Gastromycetum* conferri debet, licet membrana plerumque in glomerulos subglobosos sit compacta, nam sporidia illi *ubicunque* adhaerent tam extus, quam intus. Talium glomerulorum plures in caespitulos hemisphaericos vel subglobosos vix sextam lineae partem aequantes conferti sunt. — Lente maxime augente opus est, ut structura vegetabilis minutissimi perspiciatur.

Clar. amicus *Nees ab Esenbeck* hujus plantulae mentionem fecit sub genere *Conisporio Linkii* (*cfr. ejus Systema p. 27. §. 47.*). Me judice cum illo vix conjungi poterit. Est vero Conisporium valde ambiguum,

*) ειλέω, ἕλλω, ὕλλω circum volvo.

nec notioni de mycetum vel fungorum essentia, uti a novissimis scriptoribus constituta est, convenit, sed potius ad *Algas* vel *Leprarias* mihi transferendum videtur.

Habitat *Illosporium* in thallo lichenum nonnullorum terrestrium, praesertim *Capitulariarum* et *Peltidearum*, in ericetis. Apparet aestate, coelo pluvio.

Sectio II. Coniomycetes suffulti.

Series I. Coniomycetes suffulti liberi.

95. AEGERITA Pers. Kugelstaub.

Sporidia globosa simplicia, in *stromate* globoso vel hemisphaerico, *sessili* coacervata.

1. AEGERITA *candida* P.

A. granula in caespitulos difformes, lineas nonnullas latos conferta, albida, grumosa, lente conspecta sporulis minutis subpellucidis farinosa. — *Hoffm. fl. germ.* 2. *t.* 9. *f.* 1. (*Stroma.*). *Nees Syst. f.* 24.

In lignis emortuis autumno passim obvia.

96. FUSARIUM Lk. Kugelspindel.

Sporidia fusiformia simplicia, *stromate* subgloboso *sessili* coacervata, facile dispersa.

1. FUSARIUM *roseum* Lk.

F. stromate hemisphaerico roseo, sporidiis dilutioribus. *Lk. et ic. Berl. Mag.* 1809. *t.* 1. *f.* 10.

In foliis et caulibus exsiccatis plurimarum *Malvacearum* e. g. *Malvae capensis*, *fragrantis*, *Alceae*, *Sidae indicae*, nec non in foliis putrefactis *Iridis Susianae*, in horte botanico.

2. FUSARIUM *pulvinatum* Nees.

F. stromate globoso roseo, sporidiis albis. — *Atractium pulvinatum Lk.*

In ramis dejectis *Pruni* et *Cerasi* autumno passim.

Series II. Coniomycetes suffulti concreti.

97. MELANCONIUM Lk. Rufskugel.

Sporidia subglobosa simplicia, in *stromate* planiusculo e plantarum epidermide *erumpente* effusa, libera.

1. MELANCONIUM *bicolor* Ns.

M. stromate suborbiculari spisso albo, sporidiis ovatis nigris, facile defluentibus et epidermidem stroma cingentem obtegentibus. *Nees Syst. f.* 27.

In ramis emortuis dejectis *Quercus*, aestate et autumno.

---

98. EPICOCCUM Lk. Körnerkugel.

Sporidia opaca subglobosa vel elliptica simplicia, in superficie *stromatis* globosi ex epidermide *erumpentis* hinc inde parcius sparsa et adhaerentia, libera tamen.

1. EPICOCCUM *nigrum* Lk.

Verrucae variae formae, plerumque ellipticae, ex epidermide totae emergentes lineam dimidiam ad duas longae et paulo angustiores, valde convexae et ferme globosae, nigrae absque nitore, superficie inaequali et quasi obsolete rugulosa, intus albidae. *Lk. Berl. Mag.* 1815. *t.* 1. *f.* 5. *Nees Syst. f* 28.

Structura hoc genus proxime accedit ad *Tuberculariam*. Stroma vesiculoso-cellulosum est, intus et praesertim versus basin albidum, versus superficiem e fusco-nigricans. Quum superficies rugulosa sit vel pustulata, lamina tenuis e stromatis medio perpendiculariter exsecta substantiam corticalem s. fuscam varia latitudine in massam interiorem intrare ostendit. Sporidia parva sunt atque ejusdem coloris ac substantia corticalis, cui arcte inhaerent, vario modo per totam superficiem sparsa.

Habitat non raro in ramis dejectis *Sambuci*, vere.

---

99. DIDYMOSPORIUM Ns. Zwillingskugel.

Sporidia pellucida subellipticа medio septata in *stromate convexo*, e plantarum epidermide *erumpente*, diffusibilia.

1. DIDYMOSPORIUM *complanatum* Ns.

Maculae nigrae ellipticae convexiusculae, ex epidermide erumpentes, gregariae, dimidiae circiter lineae diametro. *Nees Syst. f.* 29.

In ramulis dejectis quercinis autumno inveni.

---

100. EXOSPORIUM Lk. Borstenkugel.

Sporidia opaca cylindrica annulata, in *stromate* globoso, e plantarum epidermide *erumpente* perpendiculariter et arcte sessilia, difficilius secedentia. *Conoplea Pers.*

1. EXOSPORIUM *Tiliae* Lk.

E. nigrum, stromate globoso vel subgloboso, sporidiis obtusis cylindricis arcte sessilibus scabro. *Lk. Berl. Mag.* 1809. *t.* 1. *f.* 8. *Nees Syst. f.* 30.

In ramulis emortuis dejectis *Tiliae*, autumno et hieme, non infrequens.

Series III. Coniomycetes suffulti evoluti.

101. TUBERCULARIA P. Kopfkugel.

Sporidia minuta simplicia, in *stromate erumpente* obscure pedicellato sursum plano-dilatato sparsa, atque massa subgelatinosa ei juncta.

1. TUBERCULARIA *vulgaris* Tode.

T. stromate stiptiato, roseo-rubro, capitulato subgloboso sulcato, stipite crasso pallidiore. — *Hoffm. veg. crypt.* 1. *t.* 6. *f.* 2. *Bolt. t.* 127. *f.* 1.

In ramis aridis ubique frequens vere et autumno.

2. TUBERCULARIA *confluens* P.

T. stromate subsessili, incarnato-globoso vel oblongo, depresso, subruguloso, saepe confluente.

In ramis aridis exsuccis *Aceris campestris*, *Coluteae arborescentis* horti botanici et aliis locis.

3. TUBERCULARIA *rosea* P.

T. stromate sessili, subeffuso irregulari, roseo, molli, pulverulento.

In arborum et fruticum cortice, inter rimas erumpens; ad sepes frequens.

---

102. CALYCIUM P. Keimkelch.

Sporidia subglobosa opaca simplicia in stromatis vertice urceolato per massam subfloccosam sparsa, arcte adhaerentia.

Stroma rigidiusculum fibrosum liberum, *stipite* gracili, *disco* sporophoro orbiculari suburcellato. *Hypostroma* leprosum vel pulverulentum, saepe nullum.

1. CALYCIUM *claviculare* Ach. Meth.

C. hypostromate tenui albo-cinerascente, stipitibus brevibus crassiusculis discisque sporophoris atris, urceoli *) margine nudo. — *Usteri Ann. bot. St.* 7. *t.* 3. *f.* 3. *Hoffm. veg. crypt.* 2. *t.* 4. *f.* 5. *Batsch el. f.* 113. — *C. claviculare var. α. Ach. Lich. univ.*

In trabibus et arborum, praesertim *Salicum* et *Quercus*, cortice frequens.

2. CALYCIUM *paroicum* Ach. Meth.

C. hypostromate nullo, semiimmersum, stipitibus brevissimis crassis turbinato-dilatatis discisque sporo-

---

*) *Urceolum* voco apicem *stipitis s. stromatis dilatati*, cui *discus* insidet.

phoris atris, urceoli margine tenui erecto nudo. — *Ach. Meth. t. 2. f. 3. Nees Syst. f. 35. B.* — *C. corynellum. β. paroicum Ach. L. Univ.*

Rarissimum in lichenibus crustaceis parasiticum e. g. in *Porina pertusa.*

3. CALYCIUM *albo-atrum* Floerk.

C. hypostromate albo pulverulento, stipitibus brevissimis tenuibus in urceolos depresso-turbinatos margine subnudos dilatatis, discisque sporophoris concavis atris.

C. crusta leprosa pulverulenta alba; apotheciis minutis turbinato-lentiformibus sub-immarginatis scabridis aterrimis; stipitibus tenuibus brevissimis concoloribus. *Floerke d. Lich. II. p. 6. n. 26.*

Cavendum tironi, ne confundat cum antecedente, quod stipitibus crassioribus semiimmersis atque in urceolos angustiores margine erecto dilatatis, nec non disco sporophoro depressiusculo atque loco natali differt. Anne nostrae speciei crusta sit tam crassa atque farinacea, anne potius lichenis cujusdam thallus hypostroma sistat, adhuc observandum est.

In cortice quercino vetusto, locis montanis raro occurrit.

4. CALYCIUM *trachelinum* Ach.

C. hypostromate cinereo vel nullo, stipitibus gracilibus inferne atris nudis superne et urceolis planiusculis cinereo-pulverulentis, discis sporophoris umbrinis demum globosis marginem quoque occupantibus.

Var. β. quercinum Ach. stipitibus brevioribus. *C. quercinum Pers. Nees Syst. f. 35.*

Species prae aliis notis ob stipites quam maxime graciles et discum umbrinum demum globosum atque urceolum planiusculum totum occupantem facile distinguitur ab affinibus: *C. sphaerocephalo* atque *hyperello*.

In cortice arborum minime rarum. In *Pino sylvestri* interdum crustam flavescentem i. e. Leprae initia occupat.

5. CALYCIUM *roscidum* Floerke.

C. hypostromate cinereo, stipitibus crassis firmulis nigris, urceolis depressis suborbicularibus discisque sporophoris planiusculis, demum convexis marginem quoque occupantibus, nigris vel cinereo-subpulverulentis. — *C. hyperellum β. roscidum Ach.*

C. crusta granulato-rugulosa cinerea: apotheciis turbinatis demum lentiformibus irregularibusque, disco margineque aeruginoso-pulverulentis subinde atris margine subevanido, stipitibus crassis brevibus nigris. *Floerke d. Lich. III. p. 3. n. 42.*

Omnium specierum haec est quam maxime robusta. In cortice quercum annosarum, in sylvis densis parce provenit.

6. CALYCIUM *sphaerocephalum* Ach. Meth.

C. hypostromate cinereo, stipitibus elongatis subtus paulo crassioribus nigris, urceolis hemisphaericis v. cyathiformibus subconcoloribus nudiusculis, discis sporophoris demum depresso-globosis fuscis vel nigris nudiusculis. — *C. claviculare var. δ. Ach. L. Vniv.*

In sepimentis ligneis, trabibus, truncis vetustis ubique, interdum latissimos caespites fere spithamaeos formans.

7. CALYCIUM *capitellatum* Ach.

C. hypostromate granuloso-pulverulento viridi-flavo, stipitibus elongatis gracilibus flexuosis urceolisque, a discis sporophoris demum depresso-globosis pulverulentis latitudine superatis, flavis. — *Batsch el. f.* 178. (?) *Schleich. cr. exs. helv. n.* 379.

Habitat frequens in terra globosa, ad arborum radices in cavernis rimisque viarum cavarum atque declivium, locis montosis.

8. CALYCIUM *pallidum* P.

C. hypostromate nullo vel tenui cinereo, stipitibus brevibus tenuibus albis vel flavescentibus, urceolis parvis a discis sporophoris globosis latitudine superatis flavescentibus, discis carneis pulverulentis. — *Pers. Ust. Ann. St.* 7. *t.* 3. *f.* 1. 2. *Hoffm. veg. cr. t.* 4. *f.* 1.

In rimis corticis *Pruni*, *Quercus*, *Tiliae* aliarumque arborum frondosarum non frequens.

---

103. GYMNOSPORANGIUM Decand. Weichkugel.

Sporidia oblonga annulata diaphana, cauda septata, in *stromate* gelatinoso erumpente sessilia.

1. GYMNOSPORANGIUM *juniperinum* Lk.

Massa gelatinosa demum gelatinoso-cornea siccaque, magnitudine et forma varia, gyrosa, plicata, e cortice erumpens, colore flavescente, exsiccata nigricans fragilis. — *Vill. delph. t.* 56. *Nees Syst. f.* 25. —

Gymnosporangium conicum. Decand. Tremella juniperina Lin.

In ramis *Juniperi communis* senescentibus hinc inde primo vere apparet.

Ordo XI.

HYPHOMYCETES mihi. *).

Sectio I. Mucedines.

Series I. Mucedines polysporae.

104. SEPEDONIUM Lk. Schwammrost.

In fungis parasiticum eosque depascens. *Hypha* e *floccis* continuis tenuissimis contextis, *sporidiis* globosis maxima copia conspersa.

1. SEPEDONIUM *mycophilum* Lk.

Flavum, totam fungorum adhuc vigentium massam penetrans. Sporidia ab initio tum hypha longe lateque serpit minus conspicua, postea vero creberrima. — *Bull. t.* 504. *f.* 1. *et t.* 567. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 38.

In fungis emorientibus, praesertim *Boletis*, aestate et autumno passim.

*) ὑφὴ tela. μύκης, μύκητε; (μύκη, σῦκα,) fungus fungi.

105. ALEURISMA Lk. Mehlschimmel.

Flocci dense intricati ramosi, tenerrimi, septati. decumbentes. *Sporidia* dense et creberrime inspersa, vel floccis quasi involuta, facile delabentia.

1. ALEURISMA *granulosum* mihi.

A. hypha nigro-cinerascente expansa, acervulis confluentibus, floccis minutissimis; sporidiis maximis ovatis inaequalibus opacis granuliformibus.

Densis caespitibus obducit. Sporidia floccis tenuissimis septatis ramosis et connexis magna copia inspersa, obscura, irregulariter ovata, aqua affusa ab hypha vehementer secedentia et fundum petentia.

Singulare vegetabile atque sporidiis granulosis a reliquis hujus ordinis recedens ortum in *Sporothricho denso* e *Syrupo diacod.* enato observavi. Videtur quasi illius mucedinis *dilabentis* in novum organismum evolutio.

---

106. SPOROTRICHUM Lk. Staubschimmel.

Flocci intricati ramosi plerumque evidenter septati decumbentes vel erectiusculi. *Sporidia* undique sparsa.

1. SPOROTRICHUM *laxum* Ns.

S. hypha candida, floccis laxis decumbentibus arachnoideo-expansis septatis; sporidiis magnis ellipticis subtruncatis. — *Nees Syst. f.* 45. *a.*

In uliginosis subturfosis sylvae norimbergensis vere terram et vegetabilium partes emortuas caespitibus laxiusculis obducit.

2. SPOROTRICHUM *candidum* Lk.

S. hypha alba, floccis laxis decumbentibus parce septatis tenuissimis; sporidiis parvis ellipticis vel subglobosis. — *Nees Syst. f.* 45. *B.*

Acervi arachneoidei, plures lineas longi in multarum plantarum emortuarum caulibus ramisque.

3. SPOROTRICHUM *polysporum* Lk.

S. hypha candida, floccis dense intricatis decumbentibus; sporidiis globosis plurimis. — *Nees Syst. f.* 45. **

In lignis putridis rarius.

4. SPOROTRICHUM *densum* Lk.

S. hypha candida crassiuscula pulverulenta, floccis subadscendentibus densissimis; sporidiis globosis minutis. — *Nees Syst. f.* 45. *C.*

In lignis foliisque putridis, in syrupis aliisque medicamentis e fructibus paratis, in carne tosta mucida et s. p.

5. SPOROTRICHUM *griseum* Lk.

S. hypha grisea, floccis decumbentibus; sporidiis subglobosis.

In foliis putridis atque in truncis arborum autumno parce.

6. SPOROTRICHUM *virescens* Lk.

S. hypha virescente tandem olivacea, ramis adscendentibus; sporidiis ovato-subglobosis crebris. — *Nees Syst. f.* 46. — *Dematium virescens Pers.*

In lignis subputridis et caulibus plantarum aridis vere frequens.

7. SPO-

7. SPOROTRICHUM *vitellinum* Lk.

S. hypha vitellina crassa pulvinata, floccis decumbentibus; sporidiis globosis.

Quondam in *Syrupo diacod.* densissimo grege expansum observavi, una cum *Sporotricho denso.*

8. SPOROTRICHUM *fuscum* Lk.

S. hypha fusca tenui, floccis decumbentibus; sporidiis parcis globosis.

In truncis subputridis, non frequens.

---

107. BYSSOCLADIUM Lk. Sternschimmel.

Flocci ramosi radiatim expansi, septati. *Sporidia* crebro hinc inde inspersa, globosa.

1. BYSSOCLADIUM *fenestrale* Lk.

Acervuli lineam dimidiam ad sesquilineam diametro aequantes, planiusculi, caesio-virescentes, floccis in peripheria radiatis, sporidiis undique inspersis. — *Nees Syst. f.* 47. *Sturm flor. III. t.* 1. (*Sporotrichum fenestrale Dittm.*) — *Conferva fenestralis Roth.*

In fenestris sordidis, locis suffocatis.

---

108. TRICHOTHECIUM Lk. Zwillingsschimmel.

Flocci decumbentes intricati, ramosi, septati. *Sporidia* undique inspersa, ovata, didyma.

1. TRICHOTHECIUM *roseum* Lk.

T. hypha alba arachnoidea; sporidiis roseis. — *Lk. Berl. Mag.* 1809. *t.* 1. *f.* 7. 2. *Nees Syst. f.* 41. — *Trichoderma roseum Pers.?*

In cortice vegetabilium subputridorum, in truncis arborum caesis.

---

109. FUSISPORIUM Lk. Spindelschimmel.

Flocci decumbentes intricati, ramosi, septati. *Sporidia* in hyphae medio aggregata, fusiformia.

1. FUSISPORIUM *aurantiacum* Lk.

F. hypha alba; sporidiis aurantiacis. *Nees Syst. f.* 40. *B.*

In cortice *Cucurbitarum* atque *Cucumis melonis.*

---

110. EPOCHNIUM Lk. Stielschimmel.

Flocci decumbentes, ramosi, septati. *Sporidia* oblonga subfusiformia, appendiculo filiformi aucta. inspersa.

1. EPOCHNIUM *monilioides* Lk.

E. hypha grisea, floccis laxis; sporidiis nigrescentibus. *Lk. Berl. Mag.* 1809. *t.* 1. *f.* 28. *Nees Syst. f.* 40. — *Monilia fructigena Pers.*

In pomis aliisque fructibus subputridis.

2. EPOCHNIUM *virescens* mihi.

E. hypha alba, floccis densiusculis; sporidiis viridibus.

In fructibus *Pruni Armeniacae* semel observatum.

---

111. ACREMONIUM Lk. Haftschimmel.

Flocci decumbentes, subsimplices, implexi, septati. *Sporidia* longe pedunculata, solitaria.

1. ACREMONIUM *alternatum* Lk.

A. hypha alba, ramulis fructiferis alternis. — *Sturm flor. III. t.* 2.

In foliis fagineis, quercis etc. subputridis, vere.

2. ACREMONIUM *verticillatum* Lk.

A. hypha alba, ramulis fructiferis verticillatis. — *Sturm flor. III. t.* 3. *Nees Syst. f.* 39.

Iisdem locis cum priore.

3. ACREMONIUM *nitidum* mihi.

A. hypha coccinea.

Acervuli conferti, oblongi, a dimidia ad duas lineas longi, pulchre coccinei, angusti vel latiusculi, subpulvinati. — Ramulorum situm in meis schedulis non descriptum invenio et ipsa exemplaria aetate jam ita sunt confecta, ut certi nihil observandum sit.

In *Sphaeria deusta* super truncum in sylva Rosbacensi latissime effusa legi Novembri 1812.

---

112. COLLARIUM Lk. Schleimschimmel.

Flocci decumbentes, ramosi, septati. *Sporidia* globosa, in acervulos sparsos primum pulposos conglobata, demum compacta.

1. COLLARIUM *nigrispermum* Lk.

C. hypha latiuscula flavescente; sporidiis in acervos nigros confertis. — *Lk. l. c. t. 1. f. 30. Nees Syst. f. 42.*

In colla ex amylo recenter parata, affuso aceto oriundum bis observavi.

Series II. Mucedines capitatae.

113. HAPLARIA Lk. Knäuelschimmel.

Flocci erecti, simplices vel subramosi, distantes, septati. *Sporidia* globosa conglomerata inspersa.

1. HAPLARIA *grisea* Lk. *).

H. floccis sparsis simplicibus, bifidis dichotomisque, griseis. *Lk. l. c. t. 1. f. 2. Nees Syst. f. 49.*

In foliis *Arundinis Phragmitidis* atque *Caricis paludosae* observavi.

114. ACROSPORIUM Ns. Kettenschimmel.

Flocci erecti caespitosi, simplices, in articulos moniliformes sursum subcrassiores, basilari longiore insititio, constricti. *Sporidia* ipsi articuli dilabentes, sparsa, elliptica.

1. ACROSPORIUM *monilioides* Ns.

Acervuli variae formae atque magnitudinis, saepe confluentes atque colore, quo folia omnino obducunt,

*) Caveat sibi tiro, ne *Haplariam* atque *Acladium* confundat cum *Chloridio* atque *Cladosporio*.

albo se prodentes, constant floccis minutissimis erectis simplicibus articulatis. Articulus infimus longior est et secundus huic quasi insititius uti in *Conferv*is atque *Ceramiis Rothii* nonnullis observatur. Supremi paulo sunt latiores atque maturi decidunt tamquam sporidia, floccis ubique adhaerentes. *Nees Syst. f.* 49. *b.* — *Botrytis simplex Var. β. alb. Schwein.*

In foliis nonnullorum graminum dum in caldario horti botanici colerentur, nimis urgente calore, exoriri visum est. In *Festuca divaricata Desf.*, *Poa elongata Willd.*, *peruviana L.* aliisque observavi.

---

115. ACLADIUM Lk. Rasenschimmel.

Flocci dense caespitosi erecti, simplices vel virgato-ramosi, septati. *Sporidia* ovata vel oblonga, sparsa vel versus summitates conferta.

1. ACLADIUM *conspersum* L.

A. hypha albido-flavicante dein subolivacea, floccis brevibus densis; sporidiis sparsis deciduis. *Lk. l. c. f.* 13. *Nees Syst. f.* 50.

In truncis arborum caesis, praesertim autumno frequens.

2. ACLADIUM *capitatum* Lk.

A. hypha albido-subflavescente, floccis laxis; sporidiis in summitate capitato-persistentibus. *Lk. l. c. f.* 13. *a. Nees Syst. f.* 51.

In lignis putridis hinc inde, praesertim Septembri et Octobri.

---

116. VIRGARIA Ns. Ruthenschimmel.

Flocci erecti, fastigiato- vel virgato-ramosi, septati. *Sporidia* globosa, inspersa et versus summitates conferta. — *Botrytis ramis virgatis Lk.*

1. VIRGARIA *nigra* Nees.

V. hypha nigra effusa, floccis approximatis. — *Lk. l. c. f.* 19. *Nees Syst. f.* 52.

In truncis arborum caesis, sepimentis ligneis.

---

117. BOTRYTIS Lk. ex emend. Ns. Traubenschimmel.

Flocci fertiles erecti, decumbentes steriles, septati, ramosi, ramulis corymbosis. *Sporidia* globosa, circa ramulorum apices collecta.

1. BOTRYTIS *polyspora* Lk.

B. hypha densa effusa olivaceo-cinerea, floccorum ramis sporidiisque minutis creberrimis. — *Sturm III. t.* 35.

In foliis putrefactis, nec non in ramulis dejectis, aestate et autumno minime rara.

2. BOTRYTIS *nivea* mihi.

B. hypha densa late effusa candida, floccis fere omnibus fertilibus erectis, inferne simplicibus superne corymbosis ramosissimis; sporidiis magnis subglobosis.

Uredo candida. *Persoon Syn. p.* 223.

Habitat satis frequens in caulibus vivis *Thlaspeos Bursae Pastoris*, autumno.

3. BOTRYTIS *flavida* mihi.

B. hypha laxiuscula late effusa flavescente, floccis minutissimis subflexuosis erectis, inferne simplicibus superne in ramos binos ternosve divisis; sporidiis minutissimis globosis.

In ligno putrido sylvae norimbergensis Octobri mense.

---

118. STACHYLIDIUM Lk. Aehrenschimmel.

Flocci plurimi fertiles adscendentes, nonnulli steriles decumbentes, septati, ramosi, ramulis brevissimis verticillatis versus apices instructi. *Sporidia* globosa in ramulis verticillatis.

1. STACHYLIDIUM *terrestre* Lk.

S. hypha testaceo-pallida effusa pulvinata, floccis intricatis, sporophoris albidis. *Lk. l. c. f.* 21. — *An Monilia racemosa Pers.?*

Caespites interdum plures pollices lati. Flocci pellucidi atque achroi, si sub composita lente conspicias, colorem testaceum habent a septulis; fertiles vero albi videntur ob ramulos verticillatos atque sporidia diaphana omni colore destituta. Inter majores mucedines pertinet.

Habitat in caldario horti botanici ad terram in ollis.

---

119. POLYACTIS Lk. Strahlschimmel.

Flocci erecti, septati, virgato-ramosi, ramulis terminalibus brevibus obtusis approximatis. *Sporidia* globosa, circa ramulos terminales in capitula collecta.

1. POLYACTIS *vulgaris* Lk.

P. hypha effusa laxa, cinereo-virescente; sporidiis coerulescenti-caesiis. *Lk. l. c. f.* 22. *Nees Syst. f.* 57.

In foliis ramulisque plantarum herbacearum putredine correptarum, locis suffocatis aestate frequens.

---

120. PENICILLIUM Lk. Pinselschimmel.

Flocci septati, plurimi fertiles erecti, nonnulli steriles decumbentes, simplices vel ramosi, apice fissi ideoque penicillato-ramulosi. *Sporidia* in capitula terminalia collecta.

1. PENICILLIUM *expansum* Lk.

P. floccis decumbentibus intricatis cinerascentibus, erectis simplicibus albidis; sporidiorum capitulis caesio-viridibus. — *Nees Syst. f.* 59. — *An Monilia digitata Pers.?*

In fungis atque pomis putridis.

---

121. ASPERGILLUS Lk. Knotenschimmel.

Flocci septati, simplices vel ramosi, apice clavato-incrassati. *Sporidia* circa apices collecta et subseriata.

1. ASPERGILLUS *glaucus* Lk.

A. caespitibus laxis, floccis griseo-albis, erectis simplicibus, capitulis junioribus albis, adultioribus glaucis. *Lk. et ic. l. c. f.* 23. — *Monilia glauca Pers.?*

In fructibus putridis, pane mucido aliisque corporibus e vegetabilibus paratis, communis.

2. ASPERGILLUS *ovalispermus* Lk.

A. effusus, floccis decumbentibus ramosis, erectis simplicibus, omnibus albis; sporidiis ovalibus. *Lk.*

In fructibus putridis.

3. ASPERGILLUS *flavus* Lk.

A. caespitibus laxis, floccis albis erectis; capitulis junioribus albis, adultioribus flavis. — *Nees Syst. f.* 60.

In plantis exsiccatis herbariorum provenit.

Series III. Mucedines asporae.

122. BYSSUS Lk. Schwindelschimmel.

Flocci minus pellucidi tenerrimi fugaces, aëris contactu cito deliquescentes, ramosi vel simplices, aequales, continui, (medio cavi?). *Sporidia* nulla.

1. BYSSUS *floccosa* Schreb.

B. floccis simplicissimis confertis, fasciculos simplices constituentibus, niveis. — *Dill. t. 1. f. 6. Nees Syst. f.* 73. *(B. bombycina).* — *B. subterranea Scop. Humb. rel.* — *Dematium bombycinum P.*

Habitat in cryptis, locis suffocatis. Nonnunquam observavi in plantis capsula Dilleniana nimis diu inclusis.

Sectio II. Inomycetes.

Series I. Inomycetes aërei.

Familia I. Entophyti.

123. ERINEUM P. ex emend. Lk. Rostflocke.

Fibrae caespitosae erectae, simplices, rectae vel tortae, inarticulatae, *cylindricae* apice aequales, cavae et intus foventes *sporas* *) minutas, primum globosas diaphanas, dein in massam subgrumosam coagulatas. — In foliis parasiticum.

1. ERINEUM *tiliaceum* Pers.

E. gregarium discretum, vel effusum confluens crassiusculum, albido-pallidum. — *Funck. cr. gew. n.* 144.

In hujus speciei exemplaribus junioribus sporae globosae omnino diaphanae tubulorum (s. fibrarum) parietibus internis adhaerentes facile possunt observari. Fibrae quam in insequente sunt angustiores.

In foliis *Tiliae* commune.

2. ERINEUM *Vitis* Duval.

E. gregarium discretum crassiusculum, rufescens. — *Funck cr. gew. n.* 285. *Hoppe dec. fung. epiph* 1. *n.* 8.

In *Vitis viniferae* foliis primo autumno.

*) Sporidia nidulantia vel inclusa *Sporas* dico.

3. ERINEUM *pyrinum* P.

E. confluens molle, primum albido-ochraceum demum ferrugineum. — *Pers. disp. t. 4. f. 2. Funck cr. gew.* 465.

In foliis *Pyri communis* et *P. Mali.*

4. ERINEUM *asclepiadeum* Willd. (apud Funck.)

E. gregarium subdiscretum tenuius, fuscescens, fibris longis distantibus curvatis. — *Funck. cr. gew. n.* 145.

In adultioribus nonnunquam omnis fibrarum exterior superficies pulvere tenui sporarum conspersa est, tunc color subcarneus.

In foliis *Asclepiadis Vincetoxici* aestate provenit.

---

124. RUBIGO Lk. Trichterflocke.

Fibrae erectiusculae vel erectae, *infundibuliformes*, forma *urceoli* varia, intus fovent*es sporas* minutas, primum globosas diaphanas, dein in massam subgrumosam coagulatas. — In foliis parasiticum. — *Erineum Pers.*

1. RUBIGO *fagina* Lk.

R. gregaria discreta elliptica vel confluens depressa tenuis, primo albida et rosea denique spadicea. — *Nees Syst. f.* 63. *Funck cr. gew. n.* 224. *Hoppe dec. fung. epiph.* 1. *n.* 9.

Urceoli parvi margine erecto et saepe inflexo, juniores clausi, adultiores oblique et irregulariter aperti.

In foliis *Fagi* occurrit.

2. RUBIGO *acerina* Lk.

R. oblonga lata confluens, primo albida, rosea, denique fusca. — *Bull. t.* 514. *f.* 12. *Lk. l. c. f.* 36. *Funck. cr. gew, n.* 204.

Distinguitur a praecedente: cupulis magis dilatatis, majoribus, cauda crassiore sessilibus, caespitibus crassioribus atque colore.

Habitat in foliis *Aceris Pseudoplatani, platanoidis* atque *campestris.*

3. RUBIGO *Padi* mihi.

R. gregaria subangulata vel confluens latiuscula crassa, primo flava demum spadicea.

Urceoli majusculi pedicellis satis longis instructi, margine erecto.

In foliis *Pruni Padi* aestate calida 1811. inveni.

4. RUBIGO *alnea* Lk.

R. confluens oblonga pulvinata, primo flavo-fulva demum rufo-ferruginea. — *Nees Syst. f.* 62. *B.* — *Funck cr. gew. n.* 205. *Hoppe dec. fung. epiph. 1. n.* 10.

Cupulae minores quam in *Rubigine acerina*, amplae quidem sed margine erecto nec ita dilatato.

In foliis *Alni glutinosae* communis.

5. RUBIGO *populina* mihi.

R. suborbicularis vel oblonga discreta, foliis depressis subimmersa, primo subpurpurascens denique fusca. — *Funck. cr. gew.* 165. (*Erineum.*)

Stat haec species quasi in medio inter *Erineum* atque *Rubiginem.* Urceoli nimirum sunt tubulosi at-

que sursum in tubae formam leniter dilatantur. Sunt quoque minus arcte fibi approximati, quam reliquarum specierum atque hac ratione ad *Erineum asclepiadeum* nostra accedit species, quae aestate non raro in foliis *Populi* occurrit.

6. RUBIGO *betulina* Lk.

R. confluens, primo pillide flavescens demum rufo-ferruginea. — *Erineum betulinum Rebentisch sed non Albert. et Schwein.* — *Funck. cr. gew. n.* 225.

In foliis *Betulae albae*.

Familia II. Inomycetes aërei sporidiosi.

* *Gymnospori.*

125. CIRCINOTRICHUM Ns. Krausflocke.

Fibrae decumbentes et circinato-intricatae, tenues filiformes, continuae, opacae. *Sporidia* fusiformia, subpellucida, diffusibilia, inspersa.

1. CIRCINOTRICHUM *maculiforme* Ns.

Maculae subrotundae, parvae, vix lineam diametro aequantes, colore nigro-olivaceo, constant *fibris* minutis, contortis, sibique invicem vario modo implexis, decumbentibus, quibus instrata sunt *sporidia* pellucida subfusiformia, fugacia. — *Nees Syst. f.* 66. * *a.*

Habitat vere in foliis dejectis querneis.

---

126. CHLORIDIUM Lk. Grünflocke.

Fibrae continuae, erectae, confertae, simplices vel subramosae, opacae. *Sporidia* globosa, crebre ubique inspersa, fugacia.

1. CHLORIDIUM *dispersum* Ns.

C. acervulis sparsis saepe effusis obscure olivaceis. — *Lk. l. c. f.* 16. (*C. viride.*) *Nees Syst. f.* 64

Autumno in truncis quercinis, quibus putredo imminet, non rarum.

---

127. HELMISPORIUM Lk. Ringelflocke.

Fibrae continuae, rigidiusculae, erectae, caespitosae, subramosae, opacae. *Sporidia* subdiaphana, clavaeformia, annulata, inspersa.

1. HELMISPORIUM *velutinum* Lk.

H. fibris in caespites saepe latiusculos confertis, atris nitentibus; sporidiis majusculis. — *Lk. l. c. f.* 9. *Nees Syst. f.* 65. *B.*

In ramis delapsis *Fagi* et *Coryli* autumno et vere, locis humidis passim.

---

128. CLADOSPORIUM Lk. Kettenflocke.

Fibrae obsolete septatae, erectae caespitosae, simplices vel subramosae, demum in *sporidia* ovata subseriatim connexa solutae.

1. CLADOSPORIUM *herbarum* Lk.

C. dense caespitosum saepe effusum, fibris rarius ramosis, sporidiis ovatis arcte adhaerentibus. *Lk. l. c. f.* 17. *Nees Syst. f.* 64. *B.* — *Dematium herbarum P.*

In caulibus plantarum emortuis e. g. *Nicotianae*, *Urticae*, in culmis *Allii*.

2. CLADOSPORIUM *epiphyllum* Ns.

C. fasciculato-caespitosum, fibris subramosis; sporidiis ovato-subglobosis facile solutis. — *Dematium epiphyllum P.*

In foliis arborum praesertim *Quercus* delapsis, exsiccatis vel subputridis, acervulos format minutos, vere.

** *Inomycetes aerei angiospori.*

129. TRENTEPOHLIA mihi. Trentepohlie.

Fibrae erectae, septatae, ramosae, densissime caespitosae, rigidiusculae, persistentes; intra articulos *massam coloratam*, primo diaphanam, demum grumosam, in pulverem tenuissimum fatiscentem extusque adspersam (*sporas?*) foventes. *Vesiculae* praeterea *sporophorae* terminales vel laterales subglobosae, apice demum ruptae. *Sporae* minutissimae.

1. TRENTEPOHLIA *aurea* mihi.

Caespites saepe in plurium pedum latitudinem, panni ad instar, expansi, pulvinati, laete aurantio-flavi vel aurei, jam e longinquo se produnt, locis irriguis humidiusculisque, tam asseribus atque ligneis cae-

sis, quam lapidibus innascentes. Aestate confecti canescunt cum tinctura fulva.

Constant vero creberrimis *fibris*, versus basin arcte contextis, erectis, ramosis atque geniculis, uti videtur, *veris* interceptis. Massa articulis inclusa Torulam refert, primo subgelatinosa, demum coagulans grumosa fit atque, articulis solutis vel fatiscentibus, disseminatur. *Sporidia propria* tam in ramis terminalia, quam in caulibus primariis atque in ramis lateralia occurrunt, raro axillaria. Terminalia nihil videntur nisi articuli summi in ampullae formam ore subangustato inflati; lateralia vero sunt ramorum initia in latitudinem evoluta. Pari lega haec omnia in *Confervis* fieri certum est.

Nec mirum, hanc plantulam nostram a pluribus botanicis *Confervam* salutatam esse, quippe quam omnibus ferme rationibus refert, excepto eo, quod extra aquam nascitur atque substantiam intra articulos continet alienae sporis *Confervarum* naturae, neque in propagula globosa regularia congelascentem, sed certe normae expertem: *fatiscentem*. — Ill. *Nees ab Essenbeck* in libro s. l. *Trentepohliam* ad *Lichenes* referendam censet; an jure? — nescio! Diu cogitavi de singulari planta, nec alium locum convenientem magis reperi, quam inter *Inomycetes* solidiores *angiosporos*. Quod *Monilia* et *Torula* in tertia Inomycetum serie, hoc *Trentepohlia* in secunda, ita ut quasi *Moniliam* sistat, *receptaculis propriis donatam*, mutante vi vegetabili fibras decumbentes in surgentes et crescentes. — Quodsi vero ad Lichenum ordinem amandare eam velis, ne speciosa *Collematis pannosi Ach.* affinitate se-

duce-

ducaris, cave! Nil equidem inter utrumque vegetabile invenio communis, nisi habitum.

Icon. exstant Trentepohliae: *Dill. t.* 1. *f.* 16. *Flor. dan.* 718. *f.* 1. *Dillw. br. conf. t.* 35. *et t. suppl. A.* (*sporangium*). *Engl. bot.* 212. — *Byssus aurea L.* — *Dematium petraeum P.* — *Conferva aurea Dillw. Sm. Spreng.*

Dematium strigosum P. atque *Cladosporium aureum Lk.*, quorum examinandorum occasio defuit, secundum Cl. *Nees* ejusdem generis sunt.

Memoriam viri oculatissimi b. *Trentepohl* veneraturus, hoc genus dixi.

Habitat locis supra descriptis hinc inde, e. g. in fonte saliente horti aulici.

---

130. ANTENNARIA Lk. Perlschnurfaser.

Fibrae erectae et decumbentes, dense caespitosae, ramosae, rigidiusculae, persistentes, instar monilis articulatae. *Vesiculae sporophorae* basilares, granuliformes, subgelatinosae. *Sporae* concatenato-moniliformes, opacae, infarctae.

1. ANTENNARIA *pinophila* Ns.

A. fuliginoso-atra, caespitulis confluentibus pulvinatis, articulis latitudine longitudinem paulo superantibus; sporis utrinque acutiusculis. *Nees Syst. f.* 298. — *Monilia Piceae Funck cr. germ. n.* 464. — *Dematium pinastrum Schleich.* — *Racodium vulgare Fries.*

Plantula valde singularis denso agmine folia ramosque obducit. Singuli caespituli atri, vel fuliginoso-

atri, lineam vel duas tresve ad summum longi ejusdemque longitudinis, pulvinati atque crassiusculi, fibris baseos tam dense implexis, ut massam solidam constituere videantur; superioribus ut setae strictae articulato-moniliformes undique patentibus. *Fibrae* ramosae, ramis crebris setaceis rectis aut subincurvis, articulis subglobosis contiguis, plerumque paulo latioribus quam longis, sub microscopio composito obscuris, medio tamen subpellucidis. *Sporangia* inter basin floccorum enascuntur, granuliformia, figurae non determinatae, magnitudine seminis *Panici miliacei*, facile dilabentia atque sporas in articulos 9—12, instar monilis, divisas effundentia. Sunt vero hae *sporae*, quasi *Torulae* species, vesiculis dense infarctae, neque unquam *thecis propriis inclusae;* quam ob causam abire non possum in Cl. *Nees* sententiam, qui *Antennariam* juxta *Sphaeriam* collocandam putat. Videtur mihi quasi *Racodium sporangiis instructum*, ideoque omni jure *Hyphomycetum* sectioni adscribenda.

Habitat in ramulis foliisque *Pinus Piceae* locis montosis udis suffocatisque et saepe, per universam arborem late serpens, tristem et lugubrem adspectum praebet. Aestate 1809. inter Azelsberg et Bubenreuth *Frid. Nees*, me comite, legit.

Familia III. Inomycetes aërei aspori.

131. SPONDYLOCLADIUM mihi. Quirlfaser.

Fibrae annulato-moniliformes, erectae, strictae, simplices vel subramosae, opacae, rigidae, ramulis

verticillatis. *Sporidia* distincta nulla; an articuli soluti?

1. SPONDYLOCLADIUM *fumosum* mihi.

S. ramulis quaternis. — *Dematium verticillatum Hoffm. fl. germ. cr. 1. 13. f. 1. (fibrae minus bene exhibentur pellucidae et ramuli nimis breves.)*

Fibrae minutae, vix dimidiam vel tertiam lineae partem aequantes, aggregatae et saepe effuso agmine ligna vetusta obtegentes, erectae, strictae, basi simplices, superne hinc inde in ramos aliquot divisae, ramulis verticillatis quaternis (vel rarius binis) instructae, in articulos aequales subglobosos constructae indeque moniliformes, opacae, sub lente composita obscure fusco-nigricantes, toto caespitulo fumoso-nigro vel, si senio confectae sint, cinerascente. Sporidia nulla detexi; videntur ipsi articuli solvi. — Est *Stachylidium* inter *Inomycetes*.

Habitat in lignis putridis vel exsiccatis, praesertim herbarum, autumno, et saepe hiemem perdurat.

---

132. RACODIUM Lk. Knopffaser.

Fibrae continuae, versus apices tenuissime annulato-moniliformes, decumbentes, valde ramosae et intricatae. *Granula* per fibras sparsa, subelliptica, ex apicibus articulatis ramulorum densissime conglobatis contexta. *Sporidia* horum granulorum articuli soluti?

1. RACODIUM *cellare* Pers.

Maculae nigrae, pannum referentes, saepe latissime expansae. — *Mich. t.* 89. *f.* 9. *Dill. t.* 1. *f.* 12. *Nees Syst. f.* 70. — *Byssus mollissima Ehrh. pl. cr. exs. n.* 217. — *B. septica Roth.*

In cellis ad dolia.

---

133. MONILIA Lk. Gliedfaser.

Fibrae erectae vel decumbentes, confertae, divergentes vel ex adhaesione ramosae, moniliformes, compositae *articulis* ovatis, intus museam opacam demum grumosam continentibus, (quasi *sporis*).

1. MONILIA *antennata* Pers.

M. sessilis velutino-atra, dense caespitosa, fibris erectis. — *Hoffm. fl. g. cr. t.* 13. *f.* 4. (*Demotium antennaeforme.*) *Nees Syst. f.* 67.

In asseribus, truncis arborum frondosarum caesis etc. autumno.

---

134. ALTERNARIA Ns. Wechselfaser.

Fibrae erectae, plerumque sparsae, simplices, rigidiusculae, moniliformes, articulis ellipticis, interstitiis filiformibus. *Sporidia* nulla.

1. ALTERNARIA *tenuis* Ns.

A. minutissima, olivaceo-nigricans. — *Nees Syst. f.* 68.

In ramulis dejectis aridis et in caule *Eupatorii cannabini*, Septembri.

---

135. TORULA Lk. Haftfaser.

Granula (sporidia?) subglobosa vel ovata, in fila moniliformia seriata, facile atque irregulariter a se invicem soluta.

1. TORULA *crocea* mihi.

T. ex epidermide erumpens, crocea, acervulis tenuibus, filis decumbentibus distinctis, articulis ellipticis.

Articuli in hac specie duplo majores, quam in insequente. Massa articulis contenta, primo omnino aequabilis atque diaphana, obscure aurea, nitens, demum grumosa fit atque in granula minutissima collabitur. Articuli, dum hoc accidit, interdum a se invicem solvuntur.

Habitat vere sub epidermide *Betulae albae*.

2. TORULA *cinnabarina* mihi.

T. sessilis, cinnabarina, acervulis crassiusculis pulverulentis, filis moniliformibus decumbentibus densis, articulis ovato-subglobosis. — *Moniliа Sprng.* — *Lepraria rubens Ach.*

In cortice arborum frondosarum frequens.

3. TORULA *herbarum* Lk.

T. sessilis, longe lateque incrustans, contigua, atra, articulis subglobosis subaequalibus. — *Moniliа herbarum Pers.*

In caulibus exsiccatis plantarum perennium hinc inde.

4. TORULA *tenera* Lk.

T. sessilis, acervulis minutis subconfluentibus, atra, articulis subglobosis subangulatis inaequalibus. — *Nees. Syst. f.* 5.

Praecedente minor.

Habitat in asseribus, lignis fissis etc. Octobri, Novembri.

---

136. DEMATIUM Lk. Starrfaser.

Fibrae decumbentes, ramosae intricataeque, aequales, continuae, rigidae, nigrae. *Sporidia* ignota.

1. DEMATIUM *rupestre* Lk.

D. nigrum, panniforme. — *Dill. t.* 1. *f.* 18. *Mich. t.* 90. *f.* 5. *Nees Syst. f.* 73. *a.* — *Ehrh. pl. cr. exs. n.* 248. — *Racodium rupestre Pers.* — *Byssus nigra autorum.*

In rupibus arenariis prope Rathsberg; arcte adhaerens.

Series II. Inomycetes terrestres.

137. OZONIUM Lk. Gelenkfaser.

Fibrae ramosae, serpentes; *rami primarii* e *fibrillis* pluribus fasciculato-contextis continuis constantes, *ultimi fibrillae* simplices articulatae. *Sporidia* nulla. — *Himantiae sp. Pers.*

1. OZONIUM *candidum* Lk.

O. filis albis varie ramosis vel plumosis. — *Dill. t.* 1. *f.* 15. *A. Nees Syst. f.* 72. — *Byssus candida autorum.*

In foliis deciduis radiato-expansum (*var. Himantiae candidae α. Pers.*), vel intra ligna putrefacta repens, robustius, teres, ramis sparsis (*var. β. albida Pers.*).

---

138. HIMANTIA Pers. ex. em. Lk. Erdfaser.

Fibrae ramosae, serpentes, subtenaces, absque cortice distincto, e *fibrillis* aequalibus nonfarticulatis fasciculatis dense compactae. *Sporidiá* nulla.

1. HIMANTIA *sulphurea* Pers.

Fibrae teretes, subtenaces, sulphureae, vario modo divisae, inter corticem et lignum arborum, vel in ipso ligno, vel in terra turfosa repentes.

In truncis putridis frequens.

---

139. RHIZOMORPHA Roth. Rindenfaser.

Fibrae ramosae, longe serpentes, tenaces, cortice glabro subcartilagineo, intus *fibrillis* dense compactis compositae. *Sporidia* nulla (a me visa.).

1. RHIZOMORPHA, *subcorticalis* Pers.

R. compressa, ramosa, fusco-nigricans; inter corticem et lignum (late diffusa). *Pers.* — *Mich. t.* 66. *f.* 3. *Engl. Fung. t.* 100.

Est quasi liber arborum in organismum distinctum exsurgens. Oriri, ubi *cambii* secretio morbosa atque intempestiva (nimis sera) fiebat, visum mihi est.

2. RHIZOMORPHA *putealis* (Pers.).

R. teres, ad axillas subcompressa, ramosissima, ramis ramulisque confertis attenuatis, nigra, apicibus albidis; inclusa. — *R. subterranea β. putealis. Pers.*

Forte specie differt a *R. subterranea α. Pers.*

Caveat sibi tiro, ne radices arborum, saepe puteos vel tubos ligneos, aquam sub terra vehentes, intrantes, pro *Rhizomorpha* hac habeat.

Habitat non frequens in puteis tectis etc.

3. RHIZOMORPHA *setiformis* Roth.

R. teretiuscula, filiformis, simplex vel parce ramosa, flexuosa, atra, nitida; foliis pineis adhaerens. — *Dill. t. 13. f. 11. b.*

Aestate et autumno humido ad acus *Pinorum* delapsos atque exsiccatos communis.

Obs. Organa pulverem prolificantem foventia, quorum mentionem fecit Cl. *Acharius*, equidem nunquam invenire valui. Caeterum nullius dubito, quin, *Rhizomorphas* ab *Inomycetum* serie removendo atque *Lichenibus* associando, affinitas naturalis negligatur.

Sectio III. Mucores.

Series I. Nematomycetes.

Familia I. Nematomycetes tegentes.

140. TRICHODERMA P. ex. em. Lk. Hüllfaden.

Flocci septati, ramosi, in hypham ambitu suborbiculari, *sporas* (ab ipsa originitus distinctas) omnino tegentem contexti.

1. TRICHODERMA *viride* Pers.

T. acervulis suborbicularibus vel irregularibus, tegmine albo; sporis viridibus. — *Nees Syst. f.* 74.

In ramis querneis dejectis, autumno humido non rarum. In querceto ad hortum Welsianum, nec non in monte Geisberg observavi.

Familia II. Nematomycetes vesiculiferi.

141. MUCOR Pers. Kopffaden.

Flocci *) erecti, ramosi vel simplices, continui vel septati, fluxiles, molles. *Vesicula sporophora* **) globosa, demum rumpens, diffluens, evanescens, aut irregulariter (una cum sporis) indurata.

1. MUCOR *flavidus* Pers.

M. floccis subdichotomis septatis; vesiculis globosis flavescentibus, demum nigricantibus. *Pers. obs. myc. I. t.* 6. *f.* 5. *Schmid. anal. t.* 52. *f.* 2. *Nees. Syst. f.* 76.

In fungis putridis, tempestate humida, praesertim autumno.

2. MUCOR *Mucedo* L.

M. floccis simplicibus continuis albis; vesiculis globosis cinereo-virentibus. — *M. Mucedo var. β. Pers.*

In vegetabilium partibus, carne, pane mucido etc. communis, latissime saepe expansa.

---

*) *Cystophora*: Nees.

**) *Sporangium* sive *peridium* autorum; *Cystis*. Nees.

3. MUCOR *caninus* P.

M. floccis simplicibus continuis albidis; vesiculis globosis subtus umbilicatis, persistentibus, flavis demum lutescentibus. *Pers. obs. myc. t. 6. f. 3. 4. Nees Syst. f. 79.*

In stercore canino sicco, autumno et hieme.

4. MUCOR *aquosus* mihi.

M floccis simplicibus continuis albis; vesiculis globosis, aquosis pallide ochraceis.

In *falcone* quodam aqua macerato observavi. Stipitum pars inferior aqua immersa erat, capitula vero emersa. In his sporas discretas distinguere non valui.

---

142. ASCOPHORA Tode. Schlauchfaden.

Flocci erecti, continui vel septati, simplices vel ramosi, laxe caespitosi, fluxiles et molles. *Vesicula sporophora* dum rumpitur reflectens, campanulata, inanis, persistens.

1. ASCOPHORA *Mucedo* Tode.

A. floccis simplicibus septatis; vesicula sporisque globosis. *Tode f. meckl. I. t. 3. f. 22. Nees Syst. f. 80. — Mucor Mucedo α. Pers.*

In vegetabilibus putrefactis, pomis, *Solani* tuberibus, nucibus *Junglandis* etc. passim occurrit.

---

143. DIDYMOCRATER mihi. Zwillingsbecher.

Flocci erecti, septati, subsimplices, in caespitibus laxis, molles fluxilesque. *Sporangium* geminatum, cylindraceum, vertice ore orbiculari apertum.

1. DIDYMOCRATER *elegans* mihi.

Myce parva, vix lineam alta, laxe gregarie crescens. *Flocci* erecti, pellucidi, subsimplices, hinc inde tuberculis minimis atque ramorum rudimentis instructi, septati, articulis longitudine variis. *Sporangia* in apice floccorum sessilia, geminata, ipsis floccis duplo breviora, cylindrica, ore aperto paululum empliore, e membrana tenui fragili diaphana et subcellulosa constructa; *sporis* numerosissimis globosis exiguis subdiaphanis, colore paulo in fuscum vergente, farcta indeque viridi-cinerascentia.

In culmis graminum male exsiccatorum herbarii mei inveni.

Series II. Trichomycetes.

Familia I. Cephalotrichi.

144. CERATIUM Alb. et Schw. Faltenschopf.

Stroma *) elongatum, ramosum, membranaceum, plicatum, sub aqua evolutum, *floccis* simplicibus monosporis adnatis. *Sporidia* fugacia.

---

*) *Trichophoron*: Nees.

1. CERATIUM *hydnoides* Alb. et Schw.

C. album, subobliquum, truncis subconfluentibus, cornubus simplicibus ramosisque, pedatis aut fasciculatis. *Alb. et Schw. t. 2. f. 7. Nees Syst. f. 82. — Isaria mucida Pers.*

Autumno ad ligna putrida, praesertim pinea, sed rarum.

---

145. ISARIA Pers. ex. em. Lk. Keulenschopf.

Stroma simplex clavatum, vel ramosum, subteres, carnosum, sub aqua immutatum, *floccis* simplicibus ramosis adnatis. *Sporidia* floccis inspersa, persistentia. — *Hypostroma* interdum adest.

1. ISARIA *agaricina* P.

I. alba, conferta et ramosa, ramis rigidiusculis rectangulis, floccis sporophoris densis ubicunque inspersis. — *Batsch. f. 163.*

In *agaricis* nonnunquam inveni.

2. ISARIA *furcellata* mihi.

I. alba, gregaria, mollis, ramosa, ramis erectis subfastigiatis subclavatis, floccis sporophoris densis erectis versus apices collectis.

Myce parva, vix dimidiam lineam alta, in caespites diametro subpollicari congesta, erecta, basi simplex, superne in ramos duos ad sex, subfastigiatos, erectos rectosque, hinc inde subflexuosos, divisa. Flocci in apicibus ramorum subclavatis erecti, sporas minutas globosas ferentes. Color plantulae vegetae al-

bus; substantia tunc temporis mollis subgelatinosa, postea apices pallide ochracei evadunt et massa sicrescit. Interdum hypostroma tenue album floccosum adest.

In asseribus subputridis Augusto — Novembri: am. *Küttlinger.*

3. ISARIA *citrina* Pers.

I. gregaria, trunco subflavescente erecto ramosissimo, ramis patentibus subdivisis attenuatis albidis, floccis sporophoris sterilibusque patentibus ubique inspersis. — *Pers. ic. et desc. t.* 3. *f.* 1. *Sturm III. t.* 37.

Augusto, Septembri in lignis putrefactis des Geisberges, raro.

---

146. COREMIUM Lk. Pinselschopf.

Stroma e floccis dense contextum, capitatum, capitulo stipiteque tectis *floccis penniciliatis. Sporidia* floccis inspersa. — Interdum *hypostroma* adest subfibrosum.

1. COREMIUM *glaucum* Lk.

C. stipite lutescente, capitulo concolore, sporidiis glaucis. *Lk. et f.* 31. *l. c.*

In fructibus, syrupis etc. putrefactis.

2. COREMIUM *candidum* Ns.

C. stipite albo, capitulo sporidiisque concoloribus. *Necs Syst. f.* 7. — *Monilia candida P.*

In vegetabilium partibus putrescentibus, in foliis, fructibus, syrupis, quam praecedens frequentius.

---

147. CEPHALOTRICHUM Lk. Wirrschopf.

Stroma simplex, filiforme vel subulatum, apice floccosum. *Flocci* sporophori in *capitulum* (*comam Ns.*) convoluti. *Sporidia* inspersa, globosa.

1. CEPHALOTRICHUM *flavovirens* Ns.

C. stromate subulato basi subbulboso fuscescente, coma subsphaerica, demum elliptica, flavovirente. *Nees Syst. f.* 87. *B.* — *Alb. Schw. t.* 4. *f.* 7. (*Periconia flavovirens.*)

Myceten elegantem bis inveni in foliis *Pruni domesticae*, vere. Flocci comae primum dense convoluti sensim sensimque extendi videntur, sporidiis, quae potius sporae dicendae sint, e centro versus superficiem propullulantibus.

Familia II. Sarcocephali.

148. STILBUM Pers. Schimmerkopf.

Stroma *) fibroso-subcarnosum, simplex, capitatum, *capitulo* nudo (absque membrana vestiente) molli, intus *sporas* fovente minutas sparsas, fatiscendo ut plurimum solutas.

1. STILBUM *piliforme* P.

S. confertum, subfasciculare, minutissimum, stipite subulato nigro, capitulo subrotundo aquoso (demum deliquescente). *Pers.* — *Nees. Syst. f.* 88.

Minutissima species, interdum lato grege truncos putridos vestiens, occurrit autumno.

---

*) Stroma Neesio dicitur: *Cephalophorum.*

2. STILBUM *byssinum* P.

S. minutissimum, gregarium, nitidum, candidum, capitulo primum rotundo demum obovato (fatiscente). *Pers.*

Iisdem locis cum praecedente hinc inde provenit.

3. STILBUM *vulgare* Tode.

S. gregarium, albidum, demum subflavescens, capitulo hemisphaerico fatiscente. *Tode meckl. I. t. 2. f. 16. Nees Syst. f. 89.*

In truncis ramisque putredine correptis, sero autumno non infrequens.

14. STILBUM *bulbosum* Tode.

S. gregarium, album, capitulo globoso fatiscente, stipite gracili longiusculo basi bulboso. *Tode meckl. I. t. 2. f. 17.*

In lignis putridis, supra folia accumulata putrescentia, autumno.

---

149. DACRYOMYCES Ns. Tropfenpilz.

Stroma gelatinoso-carnosum, subglobosum vel orbiculare, absque integumento communi, (erumpens?) intus in *floccos* tenues evolutum. *Sporae* minutae floccis inspersae. — *Tremellae autor. sp.*

1. DACRYOMYCES *stillatus* Ns.

D. gregarius, suborbicularis, convexus, demum lobatus, subdifformis, confluens, flavus vel flavo-aurantiacus. *Nees Syst. f. 90. Tremella abietina atque lacrymalis Pers.*

In lignis putridis, truncis abietinis caesis passim.

2. DACRYOMYCES *Urticae* Ns.

D. parvus, gregarius, subrotundus vel oblongus, depresso-planiusculus, miniatus.

In caulibus Urticarum autumno frequens.

3. DACRYOMYCES *fragiformis* Ns.

D. gregarius, subglobosus, plicato-gyrosus, ruber, demum incarnatus. — *Pers. ic. pict. fung. t.* 10, *f.* 3.

In cortice arborum acerosarum sylvae norimbergensis, autumno rarius.

4. DACRYOMYCES *violaceus* Ns.

D. parvus, compactus, gyroso-plicatus, violaceus, margine pallidiore.

In caudicibus arborum rarius occurrit.

Ordo XII.

GASTROMYCETES Nees.

Sectio I. Aërogasteres.

Series I. Sporomesti.

150. EUROTIUM Lk. Sporbeutling.

Sporangium globosum vel ellipticum, *stromati* floccoso articulato insidens. *Peridium simplex*, membrana-

branaceum, rumpens. *Sporae* nudae (absque capillitio), conglobatae. — *Seriei prototypus.*

1. EUROTIUM *fructigenum* mihi.

E. sporangiis ellipticis citrinis, stromate testaceo-fuscescente tenuissimo.

Sporangia in globulos minutissimos, vix quartam lineae partem latos, conferta, elliptica, obtusa, pallide citrina, sporas crebras, globosas, pellucidas, foventia. Stroma valde tenerum, e filis vix rite conspiciendis dense contextum, colore pallide testaceo vel in fuscum vergente. — Quam insequens species multoties minor est.

In fructibus putridis *Fuchsiae coccineae*, unica vice.

2. EUROTIUM *herbariorum* Lk.

E. sporangiis globosis flavis, stromatae fusco pulvinato. *Link Berl. Mag.* 1809. *t.* 2. *f.* 44. *Nees Syst. f.* 91. — *Mucor herbariorum Pers.*

Globuli in stromate albido, demum fusco-ferrugineo, e floccis tenuibus septatis ramosis, ramis subternis vel oppositis, contexto, expanso atque pulvinato, sessiles.

Habitat satis frequens in plantis male exsiccatis herbariorum.

Familia I. Sporomesti efflorescentes.

151. AETHALIUM Lk. Schaumstäubling.

Sporangium figurae indeterminatae. *Peridium simplex*, extus stupposum, intus membranaceo-lamel

losum, fatiscens. *Sporae* nudae, conglobatae. — *Fuligo Pers.*

1. AETHALIUM *flavum* Lk.

A. late effusum, flavum vel sulphureum, albido furfuraceum; sporis purpurascenti-fuscis. — *Schaef. fung. t.* 194. *Bolt t.* 134. *Flor. dan.* 1366. *Nees Syst. f.* 92. — *Fuligo flava et vaporaria Pers.*

Primo massa tremellosa, subfibrosa, reticulata, flava effuse propullulat; apices turgent et tandem filia singula in globulos confluentes pulvinatos, absque sporis, sed homogeneos atque intus, si aëre tanguntur, rubentes, elevantur. Postea superficies siccescit et indurascit in lamellulas cribrosas atque cellulosas, pallescentes; intus quoque cellulae formantur discretae, sporis minutis conglobatisque, purpurascenti fuscis confertae. Favente coelo, atque calore, paulo post superficies granulosa evadit atque submembranacea, et sporae ovato-subglobosae, pellucidae siccioresque pulverem aequabilem cinereo-fuscum, tandem fatiscentem exhibent.

Habitat non infrequens in cortice coriario, ad asseres et trabes in vaporario horti botanici, necnon ad ligna putrida in sylvis; — vere primo solis calore elicitur.

---

152. LYCOGALA Pers. Blutstäubling.

Sporangium globosum vel subirregulare, sessile. *Peridium simplex*, membranaceum, tenue, intus in *floccos* paucos abiens, irregulariter rumpens. *Sporae* confertae.

1. LYCOGALA *punctatum* P.

L. globosum vel hemisphaericum, gregarium, primo flavo-rubrum demum fusco-cinereum, punctis pallidis, intus concolor. — *Bull. t.* 476. *f.* 3. *Nees syst. f.* 96.

In lignis putridis abietinis siccis autumno, in sylva norimbergensi et prope Kosbach legi.

2. LYCOGALA *miniatum* P.

L. globosum, subinaequale, gregarium, primo coccineum demum lutescente-cinereum: sporis ruberis postea roseis. — *Bull. t.* 503. *f.* 3. *Flor. dan.* 760. *Nees Syst. f.* 97.

In truncis putrescentibus variis, vere et autumno passim obviam venit.

3. LYCOGALA *contortum* Ditm.

L. cylindricum, flexuosum tortumque, subcompressum, primum roseum dein umbrinum; sporis ochraceis. — *Sturm fl. III.* 1. *t.* 5.

In frustulo ligni abiegni, putredine correpti, autumno bis inveni in sylva norimbergensi.

Familia II. Sporomesti diffluentes.

153. MYROTHECIUM Tode. Schleimstäubling.

Sporangium figurae indeterminatae, depressum. *Peridium simplex*, crustoso-furfuraceum, (subfloccosum), fragile, tandem in medio fatiscens. *Sporae* minutae, conglutinatae. *Flocci* nulli.

1. MYROTHECIUM *Verrucaria* Ditm.

M. peridio subgloboso candido; sporis nigro-viridibus ovatis. — *Stufm III.* 1. *t.* 4.

In foliis putrefactis *Sonchi macrophylli* horti botanici, nec non in aliis rejectamentis hortorum autumno passim occurrit.

---

154. LICEA Lk. Nacktstäubling.

Sporangium subglobosum aut subcylindricum. *Peridium simplex*, papyraceum, rumpens, absque floccis. *Sporae* congestae.

1. LICEA *fragiformis* P.

L. peridiis subcylindraceis, in acervos subglobosos confertis, flavo-rubris denique pallide fuscis; sporis fuscis. — *Batsch. f.* 175. *Flor. dan.* 659. *f.* 1. *Nees Syst f.* 102.

In asseribus abiegnis subputridis, in truncis caesis raro occurrit, sylvarum densarum incola.

---

155. DERMODIUM Lk. Flugstäubling.

Sporangium figurae indeterminatae. *Peridium simplex*, membranaceum, tenuissimum, fugax, absque floccis. *Sporae* numerosissimae, conglobatae.

1. DERMODIUM *fallax* Ns.

D. umbrinum, superficie verrucoso-cellulosum; sporis cylindrico-globatis. *Nees Syst. fig.* 103. — *Tubulina fallax Pers.*

Historiam hujus mycetis egregie enarrat Cl. *Nees ab Esenbeck in System der Pilze und Schwamme p.* 180. Repetitis vicibus eam observavi atque omnia ita inveni, uti acutissimus ille observator. Primum difforme album, *lactis cremori* simile, postea siccescens ferrugineum, spadiceum, umbrinum, membrana tenuissima obducitur, quae in cylindros subaequales, arcte sibi approximatos atque confluentes congelascens, conformationis, qualem saxa basaltica efferunt, prae se fert speciem. Flocci in his peridiis tenuissimis atque mox evanescentibus nulli adsunt. Sporae numerosissimae, infarctae atque in columnulas cylindricas compactae.

In truncis atque asseribus sylvarum acerosarum vere, sed raro, obviam venit.

Series II. Trichocisti.

Familia I. Trichocisti lepidoti.

156. DIDYMIUM Schrad. Lk. Fellstäubling.

Sporangium subglobosum, pedicellatum, vel rarius sessile. *Peridium duplex*, *exterius* duriusculum fragile, *interius* tenerius pellucidum. *Fila* parca, latentia. *Columella* subovata vel globosa.

1. DIDYMIUM *lobatum* Ns.

D. subglobosum lobatumve, subsessile; peridio exteriore candido subpulverulento, interiore sporisque nigro-fuscis; columella pileiformi alba. *Nees Syst. fig.* 104.

In *Dicrano scopario* detexit amicissimus *Fr. Nees*, *Pharmacopola*, Octobri 1809.

2. DIDYMIUM *globosum* Lk.

D. depresso-globosum, sessile; peridio exteriore candido glabro, interiore rubescenti-griseo; columella globosa alba; sporis fuliginoso-nigris. — *Sturm III.* 1. *t.* 6.

In foliis *Fagi* et *Carpini* deciduis subputridis, nec non ramulis dejectis, autumno humido non rarum, e. g. auf dem Geisberge.

---

157. DIDERMA Lk. Hautstäubling.

Sporangium subglobosum aut difforme, sessile vel stipitatum. *Peridium duplex*, *exterius* duriusculum, *interius* tenuius, utrumque irregulariter rumpens. *Flocci* parci, basilares. *Columella* nulla. *Sporae* coacervatae,

1. DIDERMA *difforme* Alb. Schw.

D. rotundato-sublobatum subangulosum, subsparsum, sessile; peridio exteriore albo, interiore (coerulescenti-caesio, demum) fusco-chalybeo; sporis nigro fuscis. *Nees Syst. f.* 105.

In culmis graminum emortuis, nec non in aliarum plantarum caulibus, autumno passim.

2. DIDERMA *contextum* P.

D. depresso-subglobosum vel oblongum, dense confertum indeque tortum flexuosumque, sessile: peri-

dio exteriore flavo, interiore albido; sporis nigro-fuscis. — *Sturm III.* 3. *t.* 39. — *Physarum Pers. syn.*

Hanc speciem omnino columella carere, egregie docuit *Dittmar* in *Sturm Fl. l. c.*

Habitat in sylvaticis ad muscos, folia.

3. DIDERMA *ochraceum* Hoffm.

D. globosum, laxe consociatum, sessile; peridio exteriore ochraceo, interiore paulo pallidiore; sporis olivaceo-fuscis. — *Hoffm. germ. cr. t.* 9. *f.* 2. *b.*

Lineam dimidiam ad unam latum, in apicibus muscorum laxe sessile. Columella nulla omnino.

In sylvis, locis udis muscosis, Septembri.

---

158. PHYSARUM Lk. Schuppenstäubling.

Sporangium subglobosum, sessile vel pedicellatum. *Peridium simplex*, crustoso-membranaceum, fragile inque squamas fatiscens. *Columella* nulla. *Capillitium* basilare. *Sporae* coacervatae.

1. PHYSARUM *cinereum* P.

P. sociale sessile; peridio subgloboso cinereo-micante erecto; capillitio reticulato candido. — *Nees Syst. f.* 108.

In cortice arborum, nec non in ligno, cui putredo imminet, autumno pluvioso hinc inde, praesertim in sylvis densioribus.

2. PHYSARUm *nutans* P.

P. sparsum, stipitatum; peridio depresso-globoso subtus umbilicato nutante albido-cinerascente ru-

guloso; stipite longiusculo albido vel sordide pallido; capillitio fuscescente. — *Bull. t.* 407. *f.* 3. *et t.* 470. *f.* 1.

Similibus locis cum praecedente occurrit, autumno et hyeme.

3. PHYSARUM *sulphureum* Alb. Schw.

P. sociale, stipitatum; peridio globoso non umbilicato erecto sulphureo subruguloso; stipite brevi conico albo; capillitio fusco-nigricante. — *Alb. Schw. t.* 6. *f.* 1.

Autorum citatorum descriptio eximia.

In lignis putridis abundabat haec species aestate 1812, praesertim locis montosis.

4. PHYSARUM *nigripes* Lk.

P. sociale, stipitatum; peridio globoso non umbilicato erecto cinerascente glabriusculo; stipite elongato filiformi basi dilatato capillitioque nigro-fusco. — *Sturm III.* 3. *t.* 42.

In lignis subputridis sylvae norimbergensis non rarum.

---

159. LEANGIUM Lk. Schlitzstäubling.

Sporangium subglobosum. *Peridium simplex*, membranaceum, fragile, in lacinias subregulares stellatim rumpens. *Flocci* versus basin adnati. *Columella* subglobosa. *Sporae* coacervatae.

1. LEANGIUM *stellare* Lk.

L. sociale, pallide fuscum; stipite brevi; peridii subtus umbilicati laciniis recurvis. *Nees Syst. f.* 109.

In ligno emortuo unica vice legi Octob. 1811, in sylva norimbergensi.

---

160. LEOCARPUS Lk. Glanzstäubling.

Sporangium subglobosum, ovatum, aut difforme. *Peridium simplex*, membranaceum vel crustaceum, fragile, fatiscendo rumpens. *Flocci* intus versus basin plurimi adnati. *Columella* nulla. *Sporae* coacervatae.

1. LEOCARPUS *vernicosus* Lk.

L. confertus: stipite basi membranaceo dilatato; peridio elongato-pyriformi rubro, demum fuscescente, nitido. — *Nees Syst. f.* 110.

Fungillum pulcherrimum iteratis vicibus observavi. Primo vesiculas roseas, subglobosas, sessiles, lubricas, dense confertas, intus latice subhyalino refertas, exhibet. Quae, postea in longitudinem extensae, ovatae vel pyriformes evadunt atque stipite sensim sensimque elongato instruuntur. Latex condensatur, obscuratur, fuscescit: peridium a contentis secedit, membranaceum, flexile, demum fragile, rubrum, rubro-badium, fuscum.

In lignis putrefactis, ad ramos deciduos in sylva norimbergensi et prope Desendorf.

Familia II. Trichocisti cancellati.

161. TRICHIA Pers. Haarstäubling.

Sporangium subglobosum aut difforme, sessile vel stipitatum. *Peridium* simplex, membranaceum,

rumpens. *Capillitium* e fundo tortuoso-adscendens. — In nonnullis *Hypostroma* adest gelatinosum.

1. TRICHIA *rubiformis* P.

T. aggregata; stipitibus brevibus in hypostroma membranaceum confluentibus; peridiis cylindricis vel turbinatis chalybeis; intus rubescens. — *Pers. disp. t. 3. f. 3. Batsch f. 172. Nees Syst. f. 112.*

In truncis tam caesis, quam vigentibus non infrequens, praesertim autumno, coelo humido.

2. TRICHIA *fallax* P.

T. socialis; stipitata; peridio pyriformi deorsum plicato, e brunneo-rubro sordide flavescente, in vertice rumpente. — *Nees Syst. f. 103. Pers. obs. myc. I. t. 3. f. 4. 5. Schmidel t. 33. f. 1. Jacq. austr. t. 299.*

Ad truncos, praesertim abietinos, in sylvis humidis, autumno.

3. TRICHIA *nigripes* P.

T. socialis; stipite exiguo nigricante; peridio pyriformi, sordide albido vel lutescente. — *Pers. ic. et desc. t. 14. f. 3.*

In truncis nec non in muscis sylvae kosbacensis legi.

4. TRICHIA *ovata* P.

T. aggregata, sessilis; peridio obovato vel subcylindraceo, silaceo vel ochraceo-fusco, opaco. — *Hall. stirp. t. 48. f. 7. Bolt. t. 48. f. 7.*

In cortice arborum acerosarum nec non in lignis discissis, autumno.

5. TRICHIA *nitens* P.

T. aggregata, sessilis; peridio subgloboso, flavo, demum cinnamomeo, nitido. — *Batsch f.* 173.

Sporae in hac atque in praecedente specie fere stellulatae. *Cfr. Lk. Berl. Mag.* 1809. *t. II. f.* 38.

In truncis cum priori passim.

---

162. ARCYRIA Pers. Kelchstäubling.

Sporangium ovatum vel cylindricum, stipitatum. *Peridium simplex*, membranaceum, circumscissum, superna parte evanescente, inferna patelliformi residua. *Capillitium* elastice assurgens, demum totum deciduum. *Sporae* capillitio inspersae.

1. ARCYRIA *punicea* P.

A. aggregata in acervulos sparsos, primo crocco-punicea, demum fusco-punicea; capillitio ovato subpersistente. — *Bull. t.* 502. *f.* 1. *b. c.* · *Jacq. misc. I. t.* 6. *Nees Syst. f.* 114.

Ad truncos, aestate et autumno, parce provenit.

2. ARCYRIA *incarnata* P.

A. dense aggregata, incarnata et demum sordide fuscescens; capillitio cernuo fugaci. — *Pers. obs. myc. I. t.* 5. *f.* 45. *Sturm III.* 3. *t.* 44.

In lignis putridis autumno legit amicissimus Küttlinger.

3. ARCYRIA *flava* P.

A. sociata, flava; capillitio elongato cernuo, e peridio patelliformi cito defluente. — *Nees Syst. f.* 115. *Bull. t.* 502. *f.* 3. *Engl. fung. t.* 260.

Similibus locis cum praecedente, nec non ad asseres trabesque, non infrequens aestate et autumno.

4. ARCYRIA *cinerea* P.

A. sociata, albo-cinerea; capillitio cylindraceo erecto subpersistente. — *Bull. t.* 477. *f.* 3. *Pers. disp. t.* 1. *f.* 2.

In sylvaticis duriusculis ad truncos siccatos, terrae proxima apparet autumno, sed raro.

---

163. CRIBRARIA Schrad. Gitterstäubling.

Sporangium globosum, stipitatum. *Peridium simplex*, membranaceum, tenue, parte superiore in *cancellos* fatiscens. *Sporae* coacervatae.

1. CRIBRARIA *purpurea* Alb. Schw.

C. socialis; peridio globoso erecto stipiteque puniceis. — *Schmidel anal. t.* 33. *f.* 1.

In truncis putridis prope Frauenaurach atque in sylva norimbergensi legi. Aestate, autumno et primo hyeme viget.

2. CRIBRARIA *vulgaris* P.

C. socialis; peridio globoso nutante fusco; stipite fusco-purpureo. — *Nees Syst. f.* 116.

In lignis atque in cortice arborum caesarum.

---

164. DICTYDIUM Schrad. Netzstäubling.

Sporangium globosum. *Peridium simplex* membranaceum, totum vel maxima ex parte in *cancellos*

fatiscens. *Sporae* coacervatae. — *Hypostroma* in nonnullis adest. — *Cribrariae spec. Pers.*

1. DICTYDIUM *cernuum* Ns.

D. sociale, fusco-purpureum: peridiis globosis, vertice umbilicatis, nutantibus; capillitii filis parallelis. *Nees Syst. f.* 117. *Schrad. nov. gen. t.* 5. *f.* 6. (*D. umbilicatum.*)

In truncis putridis autumno atque aestate, rarum.

2. DICTYDIUM *venosum* Schrad.

D. sociale, sordide flavescens: peridiis globosis nutantibus; capillitii filis ramosis anastomozantibus. *Schrad. nov. gen. t.* 3. *f.* 6.

Aetate confecta fuscescit haec species rara, pinorum caesarum incola, quae aestate in sylvis densioribus provenit.

Familia III. Trichocisti dissoluti.

165. STEMONITIS Pers. Fadenstäubling.

Sporangium subcylindraceum aut subglobosum, stipitatum. *Peridium simplex*, membranaceum, fugax. *Capillitium* reticulatum, stipitem laxe ambiens, diffluens. *Sporae* capillitio inspersae. — In nonnullis *Hypostroma.*

1. STEMONITIS *fasciculata* P.

S. in fasciculos conferta, purpurascenti fusca; capillitio cylindrico elongato apice nutante, stipitem setaceum superante; hypostromate nitente. — *Bull. t.* 477.

f. 1. *Bolt. t.* 93. *f.* 1. *Engl. fung. t.* 50. *Nees Syst. f.* 119.

In truncis caesis putridis, in lignis discissis sylvarum non infrequens, aestate et autumno, e. g. in saltu norimbergensi.

2. STEMONITIS *typhina* P.

S. sparsa; capillitio cylindrico erecto sordide albido, demum fusco; hypostromate tenui vel nullo. — *Bull. t.* 477. *f.* 2. *Batsch. f.* 176. *Schaf. t.* 297.

In truncis locis sabulosis, tempore pluvioso, raro.

---

166. CRATERIUM Trentep. Becherstäubling.

Sporangium simplex, urceolatum vel cyathiforme, stipitatum, operculo plano clausum, persistens, membranaceum. *Capillitium* floccoso - subfibrosum, liberum, cum *sporis* inspersis emergens.

1. CRATERIUM *vulgare* Ditm.

C. sparsum, cyathiforme, ore amplo, fuscum; stipite intense luteo. — *Nees Syst. f.* 120. *Sturm III. t.* 9. *C. pedunculatum Trentep.*

In foliis putridis *Carpini*, *Fagi* atque *Quercus* in der Eisgrube legi, autumno.

---

167. ONYGENA Pers. Hufstäubling.

Sporangium subglobosum vel hemisphaericum, stipite fibroso suffultum. *Peridium simplex*, cruste-

sum, fibris intextis, fragile. *Sporae* nudae, arcte conglobatae.

1. ONYGENA *equina* P.

O. cinereo-rubens, demum fuscescens; peridio hemisphaerico. — *Dill. t. 14 f. 3. B. Pers. obs. myc. II. t. 6. f. 3. Nees Syst. f. 121.*

In unguibus equorum putrescentibus, ad carnificinam etc.

Sectio II. Geogasteres.

Series I. Dermatogasteres.

168. SCLERODERMA Pers. Fellstreuling.

Sporangium subglobosum, saepe in stipitem attenuatum. *Peridium exterius* cum *interiore* confluens, arcte adnatum (quasi simplex sit peridium), durum, rimoso-verrucosum. *Sporae* in acervulos conglobatae, floccis inspersae.

1. SCLERODERMA *citrinum* P.

S. subglobosum, radicatum, pallide citrinum vel ochraceum, rimoso-squamosum, squamis crassiusculis, intus fusco-purpurascens. — *Batsch. f. 229. Bolt. t. 116.*

Ad terram in sylva prope Azelsberg unica vice legi, autumno 1811.

2. SCLERODERMA *spadiceum* P.

S. depresso-globosum, radicatum, fuscum, laeve, intus fusco-purpurascens. — *Schäf. t. 188. Nees Syst. f. 123.*

In sylvaticis arenosis, praesertim locis editioribus, sed non ita frequens occurrit autumno. e. g. inter Rathsberg et Bubenreuth.

---

169. BOVISTA Pers. Lappenstreuling.

Sporangium globosum, sessile vel substipitatum *Peridium exterius* adnatum, in lobos secedens; *interius* membranaceum, irregulariter rumpens. *Sporae* in floccis pedicellatae.

1. BOVISTA *gigantea* Ns.

B. maxima, subacaulis, depresso-globosa, lutescenti-albida, extus in squamas latiusculas irregulares secedens. — *Schaf. t.* 191. *Bull. t.* 447. *Batsch. f.* 165. *Nees Syst. f.* 124. *C.* — *Lycoperdon giganteum Batsch. P.*

In graminosis montosis, e. g. retro Azelsberg et in M. Geisberg et alibi, sed raro.

2. BOVISTA *nigrescens* P.

B. minor, acaulis, globosa, cinerea, demum nigrescenti, umbrina, subtus plicata. — *Bolt. t.* 113. *Batsch. f.* 166.

In graminosis sylvarum frondosarum, e. g. im Steinholz, in M. Leinburg parce provenit autumno.

3. BOVISTA *plumbea* P.

B. minor, subglobosa, radicata, plumbea. — *Nees Syst. f.* 124. *a. B.*

In pascuis, pratis siccis, locis montosis, non rara.

---

170. LYCOPERDON Pers. Flockenstreuling.

Sporangium subglobosum, saepe in stipitem attenuatum. *Peridium duplex*, *exterius interiori* adnatum, demum in furfur fatiscens, verruculosum, squamosum vel spinulosum. *Sporae* inspersae, subconglobatae.

1. LYCOPERDON *Bovista* P.

L. magnum, globosum, basi conico-attenuata plicata, primo album dein sordidum et subfuscum, squamis latiusculis. — *Schaf. t.* 189. 190. *Bull. t.* 430. *Nees Syst. f.* 125.

In pascuis graminosis autumno frequens, e. g. auf dem Anger, in der Eisgrube etc.

2. LYCOPERDON *pratense* P.

L. mediocre, subglobosum, brevissime stipitatum, primo album, dein sordidum et lutescens, squamis parcis echinatis. — *Schaf. t.* 184. *Bull. t.* 435. *f.* 2.

In pratis, pascuis, e. g. prope Sebach et alibi, non frequens.

3. LYCOPERDON *excipuliforme* Scop.

L. magnum, globosum, in stipitem cylindricum plicatum satis longum attenuatum, album, verrucis echinatis. — *Schaf. t.* 187. 292. 295. *Nees Syst. f.* 126.

Similibus locis cum praecedente obvenit, sed rarius.

4. LYCOPERDON *pyriforme* Willd.

L. mediocre, caespitosum, globosum, umbonatum, cinereo-pallide-fuscescens, squamulis minutis; stipite tenui. — *Schaf. t.* 185. *Bull. t.* 435. *f.* 3.

In sylvis frondosis sicciusculis, locis graminosis, hinc inde occurrit.

5. LYCOPERDON *echinatum* P.

L. turbinatum, pallide umbrinum, verrucis spinosis, spinis crassis distantibus. *Pers.*

In nemorosis montosos rarissime. Repertum prope Azelsberg et Bräunleinshof.

6. LYCOPERDON *hirtum* mihi.

L. minus, globosum, deorsum sensim breviter attenuatum, subturbinatum, umbrinum, verrucis parcis spinulosis hirtum, disco supero laevi. — *Lycoperdon umbrinum β. hirtum Pers.*

Distincta species videtur.

Sparsum provenit in terra sabulosa sicca sylvarum acerosarum, locis montanis; e. g. retro hortum Welsianum atque in M. Geisberg versus Bubenreuth.

---

171. SPHAEROBOLUS Pers. Schnellpilz.

Sporangium subglobosum. *Peridium duplex*, *exterius* coriaceum, in dentes dehiscens atque *interius* fibroso - membranaceum projiciens. *Sporae* nudae, dense conglobatae.

1. SPHAEROBLUS *stellatus* P.

S. primum albidus, deinde lutescens, magnitudine granuli *Panici miliacei* vel *Sinapis arvensis*. — *Mich. t.* 101. *Flor. dan.* 865. *Engl. fung.* 22. *Nees Syst. f.* 122. — *Carpobolus aut. nonn.*

In serragine, fimo equino et vaccino exsiccato, nec non ad ramos dejectos arborum subputridos aestate et autumno.

---

172. GEASTRUM Pers. Hüllenstreuling.

Sporangium subglobosum, sessile. *Peridium duplex*, *exterius* coriaceum, stellatim rumpens, reflexum, *interius* membranaceum, basi adnatum, sessile vel pedicellatum, vertice demum apertum. *Sporae* primum pedicellatae, demum liberae, floccis inspersae.

1. GEASTRUM *coronatum* P.

G. peridii externi multifidi radiis planiuscule expansis, extus granulosis umbrinis, intus ex albido fuscoque variis; peridio interno pedicellato, ore lato conico. — *Mich. t.* 100. *f.* 1. *Schmid. anal. t.* 46. *Flor. dan.* 360.

In sylvae norimbergensis locis tam udis quam arenosis rarius occurrit, nec non in ericetis der Stubenloh.

2. GEASTRUM *quadrifidum* P.

G. peridii externi plerumque quadrifidi, rarius multifidi, radiis erectis fornicatis, extus albidis intus testaceis; peridio interno pedicellato, ore lato conico. — *Mich. t.* 100. *f.* 2. 3. *Schmid. anal. t.* 37. *Schaf. t.* 183. *Batsch. f.* 168. *Nees Syst. f.* 128.

Radiorum numerus valde varius.

In sylvaticis et ericetis sylvae norimbergensis versus Kalkreuth et prope Bruck repertum est.

3. GEASTRUM *rufescens* P.

G. peridii externi multifidi radiis erectis fornicatis rufescentibus; peridio interno sessili, ore abbreviato dentato. — *Mich. t.* 100. *f.* 4. *et* 6. *Schmid. anal. t.* 43. *Schaf. t.* 182.

Var. β. minus: colore dilutiore. *Schmid. anal. t.* 50. *f.* 1 — 3.

Rarissimum, nec nisi bis Augusto 1812. mihi obvium in sylva norimbergensi non procul ab iis locis, ubi *Sedum villosum* et *Vaccinium oxycoccos* crescunt.

4. GEASTRUM *hygrometricum* P.

G. peridii externi multifidi radiis patentibus umbrinis; peridio interno sessili reticulato, ore irregulariter dentato. — *Mich. t.* 100. *f.* 5. *Schmid. anal. t.* 27 *et t.* 28. *f.* 1.

In sabulosis sylvae norimbergensis aestate et autumno parce.

---

173. TULOSTOMA Pers. Stielstreuling.

Sporangium globosum, stipitatum. *Peridium simplex*, membranaceum, in vertice ore suborbiculari limbo integro dehiscens. *Sporae* liberae, floccis inspersae.

1. TULOSTOMA *brumale* P.

T. testaceum, peridio globoso papillato, ore plano; stipite cylindraceo sublaevi. — *Bull. t.* 471. *f.* 2. *et t.* 294. *Batsch. f.* 167. *Nees Syst. f.* 130.

In terra sabulosa dura, lapidosa der Eisgrube, in adscensu der Leinbürg, nec non prope Büchenbach sero autumno, rarum.

Series II. Angiogasteres.

174. CYATHUS Pers. Becherstreuling.[1]

Sporangium coriaceum, primo subglobosum, dein ore, ut plurimum circumscisso, apertum, cyathiforme vel urceolatum. *Peridiola* lenticularia, nidulantia, primo in latice fota. *Sporae* nudae, in centro peridiolorum conglobatae. — *Nidularia Lk. Holmsk. etc.*

1. CYATHUS *striatus* Willd.

C. obverse conicus, spadiceus, extus hirsutus, intus striatus; peridiolis plumbeis. — *Mich. t.* 102. *f.* 2. *Schaf. t.* 178. *Hoffm. veg. cr.* 2. *t.* 8. *f.* 3. *Holmsk.* 2. *t.* 2. *Nees Syst. f.* 132.

Ad asseres putridos, nec non ad ramulos dejectos, in hortis, pomariis, sylvis, passim, praesertim vere.

2. CYATHUS *Olla* Pers.

C. campanulatus, externe cinereus aut fuscescens subtomentosus, interne laevis, plumbeo-lividus. *Pers.* — *Mich. t.* 102. *f.* 1. *Schaf. t.* 180. *Flor. dan.* 780. *f.* 1. *Hoffm. veg. crypt.* 2. *t.* 8. *f.* 2. *Holmsk.* 2. *t.* 3. *Nees Syst. f.* 133. *B.*

Locis similibus cum praecedente, vere.

3. CYATHUS *Crucibulum* Pers.

C. campanulato - subcylindricus, durinsculus, primum extus floccosus, ochraceus, vertice albidus, aetate glaber. — *Mich. t.* 102. *f.* 3. *Flor. dan.* 105. *Schaf.* 179. *Hoffm. veg. cr. t.* 8. *f.* 1. *Holmsk.* 2. *t.* 1. *Nees Syst. f.* 133. *a.*

In trabibus, asseribus, ramis deciduis satis frequens fere toto anno occurrit. e. g. in horte aulico ad nosocomium, bey der Schleifmühle etc.

In pluribus — forte in omnibus *Cyathi* speciebus, pars peridii externi superior vel levissimo attactu discedit atque elastice dejicitur. Sed hoc uti observari possit, eodem temporis momento, quo totum vegetabile adhuc molle atque intus gelatinoso latice est refertum, advenias, necesse est.

Ordo XIII.

FUNGI Nees.

Sectio I. Fungi aërei et hypogaei.

175. SCLEROTIUM Reb. Keimschwamm.

Solidum, carnosum, intus similare (sporis destitum), obscure cellulosum, figurae variae in globosam tendentis, liberum in vegetabilibus emortuis, saepe subterraneum. — *Prototypus Fungorum aereorum et hypogaeorum, una cum Erysibe.*

1. SCLEROTIUM *complanatum* P.

S. sessile vel stipitatum, compressum, subclavatum, superficie laevi, dilute silaceum, demum fuscum. — *Tode meckl.* 1. *t.* 5. *f.* 9. *Nees Syst. f.* 140.

In stipulis, graminibus, ramis dejectis, foliis putrescentibus, autumno et hieme, non frequens.

2. SCLEROTIUM *Brassicae* P.

S. oblongum, depressum, primum sordide album, dein nigro-punctatum, adultum nigrum.

In foliis *Brassicae oleraceae*, locis suffocatis asservatis, hieme frequens.

3. SCLEROTIUM *varium* P.

Subrotundum oblongumque, sublobatum, varium, rugosum, e colore albo dein fuscescente-nigrum. *Pers.* — *Hoffm. veg. crypt.* 2. *t.* 5. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 138. *B.*

In foliis caulibusque *Brassicae oleraceae*, autumno et hieme.

4. SCLEROTIUM *Semen* P.

S. globosum, gregarium, punctulatum, album, dein fuscescens vel nigrum. — *Tode meckl.* 1. *t.* 4. *f.* 6. *Nees Syst. f.* 138.

In foliis, caulibus, fructibus nonnullarum plantarum e. g. in *Solano tuberoso*, *Zea*, *Brassica*, praesertim si locis suffocatis asserventur vel magna copia putrescant, autumno, hieme.

176. ERYSIBE. Reb. Schimmelkeimer.

Solida, carnosa, intus similaris et obscure cellulosa, subglobosa, *in stromate* tenui, e *floccis* simplicibus (?), radiatis, demum surrectis fulcrantibus constante, sessilis: in foliis nondum emortuis parasitica. — *Sclerotii spec. autt.*

1. ERYSIBE *pycnopus* mihi.

E. dense conferta, subglobosa: floccis minimis aequalibus septatis implexis serpentibus, demum in pannum contextis. — *Scler. Erysiphe var. α. Pers.*

Globuli minuti, hinc inde scrobiculati et inaequales, dense conferti, floccis plurium globulorum arcte contextis. Sunt vero hi flocci teneriores, quam in reliquis speciebus, atque multo crebriores; longitudine vix unquam duplo excedunt globulos atque ex articulis brevibus latitudine aequalibus sunt compositi. *).

Habitat in fructibus maturescentibus atque in culmis emortuis plantarum umbelliferarum, e. g. *Cari Carvi.*

2. ERYSIBE *macropus* mihi.

E. laxiuscule gregaria, depresso-globosa: floccis longis aequalibus septatis discretis, demum erectis.

Globuli duplo fere majores, quam in praecedente specie. Flocci globulos quater vel quinquies longitudine superantes atque evidentius erecti, quam in in-

*) Omnes Erysibes species eo conveniunt, quod ex albido primum rubescunt, dein sensim sensimque colorem induunt obscuriorem.

sequente, basi non serpentes et ita a se invicem semper distincti.

In *Viciae sativae* aliarumque *plantarum leguminosarum* foliis et caulibus autumno minime rara.

3. ERYSIBE *packypus* mihi.

E. gregaria, late expansa, depresso-globosa, vertice umbilicato, floccis continuis juxta globulos bulbosis, discretis, demum adscendentibus. — *Erysiphe suffulta Rebent. Sclerot. Erysiphe. var. β. Pers.*

Haec species praecedentibus major est atque floccis robustioribus strictis continuis superne bulbosis paucioribus, nec non globulis umbilicatis, probe distinguitur.

Interdum innascitur haec sp. membranae tenuissimae, albae, sub microscopio composito compagem celluloso-granulosam exhibenti. Nonnullis botanicis visum est, hoc velamentum e floccis serpentibus dense intricatis ortum ducere, sed iteratis observationibus edoctus sum, membranam illam distinctum esse vegetabile, cujus tamen characteres nondum liquent. Cfr. *Nees ium* adhuc dubitantem in *Syst. p.* 148.

Frequens est species aestate et autumno in foliis *Coryli Avellanae.*

Series I. Fungi aërei.

177. TREMELLA Ns. Markschwamm.

Forma varia; textura fibroso-cellulosa, subgelatinosa, epidermide tenui (ubique aequali). *Sporae* minu-

tae intra substantiam, versus ambitum magis copiosae.

A. GYRARIAE Ns. *Dilatatae, gyrosae,*

1. T. GYRARIA *mesenterica* Pers.

G. aurantiaca, plicis verticalibus tortis. *Nees Syst. f.* 142. *Jacq misc. 1. t.* 13. *Engl. bot.* 709. *Vaill. bot. paris. t.* 14. *f.* 4.

In ramis deciduis arborum frondosarum, in truncis caesis, vere et autumno humido, locis montosis non ita rara.

2. T. GYRARIA *encephala* Willd.

G. pallide carnea, plicis verticalibus tortis. — *Willd. bot. Mag. I. t.* 4. *f.* 14.

Similibus locis cum praecedente, e. g. auf dem Altstädter Berge, sed rarior.

3. T. GYRARIA *spiculosa* P.

G. planiuscula, crassiuscula, suborbicularis vel effusa, plicato-gyrosa, nigrescens, papillis conicis exasperata. — *Hoffm. veg. crypt. 1. t.* 8. *f.* 1. *Engl. bot.* 2248. (*T. arborea Huds.*)

In truncis, tempore pluvioso, rara.

4. T. GYRARIA *fimbriata* P.

G. umbrino-fuliginea, suberecta, latere incisa, margine undulata. *Pers.*

In truncis ramisque semiputridis prope fontem Boterium legi.

Sectio II. Fungi clavati et pileati.

Series I. Fungi clavati. (*Clavariae.*)

Familia I. Clavariae ramigerae.

179. MERISMA Pers. Rankenschwamm.

Ramulosum, ramis compresso-planis, superne dilatatis, apicibus floccosis, *ubicunque strato thecarum sporophorarum* vestitum.

1. MERISMA *flabellare* P.

M. erectum, nigro-violaceum, cinereo-pruinatum, apicibus ramulorum linearium subincisorum albis. — *Batsch. t.* 28. *f.* 159.

Fungum rarissimum unica vice legi loco umbroso subudo sylvae norimbergensis in terra, anno 1811. Septembri.

2. MERISMA *foetidum* P.

M. erectum, fusco-purpurascens, ramis palmatis approximatis, apice albicantibus nitidis. *Pers.*

Mihi non visam speciem in sylva norimbergensi crescere, dictitabat beat. *de Schreber.*

3. MERISMA *Kuttlingeri* mihi.

M. erectum, inferne croceum superne flavum, nitens, ramis approximatis, basi filiformibus, apice dilatatis, valde connexis hypostromate floccoso adscendente intertexto.

Caespites format fere pollicares, oblongos, uncias altos. Textura subfibrosa. Stipites basi tenues, superne dilatati, compressiusculi, inaequales, fibrillatis e basi adscendentibus saepe connexi.

In terra nuda sylvae kosbacensis, mense septembri, legit amicissimus *Kuttlinger* M. D.

4. MERISMA *cristatum* P.

M. decumbens vel adscendens, pallide lutescens, ramis subdivergentibus, basi vix angustioribus, apicibus passim hypostromati floccoso plano adnatis subcristatis. — *Nees Syst. f* 149.

A. praecedente, praeter minutiem, differt: ramis patentibus, fibris regularibus subcristatis, colore etc.

Habitat in sylvaticis, ad terram, autumno.

---

180. CLAVARIA Pers. Stengelschwamm.

Simplex vel ramosa, ramis teretibus attenuatis, *superne* strato *thecarum sporophorarum* vestita.

1. BOTRYOIDEAE *Ns. Stipite crasso, in ramos plurimos, deorsum confluentes, botryoideos diviso.*

1. CLAVARIA *flava* Schäf.

C. stipite crasso albido vel albido-flavescente; ramis ramellisque strictiusculis subfastigiatis, apice truncato dentato, flavis. *Schäf. t.* 175.

In sylvis acerosis sicciusculis, e. g. prope Frauenaurach, Herzogenaurach, Rathsberg etc. passim occurrit. Aliis annis frequentissima, aliis rara.

2. CLAVARIA *Botrytis* P.

C. stipite crassissimo difformi saepe procumbente, cinereo; ramis strictis vel flexuosis, apice truncatis dentatis, flavo-rufis vel lutescentibus. — *Schaf. t.* 176. *Nees Syst. f.* 150.

Autumno in truncis vetustis quercinis aliisque arborum frondosarum sed non frequens, e. g. prope Seudelbach.

b. RAMALINAE *Ns.* *Stipite profundius diviso: ramis procerioribus, distinctis, saepe irregulariter dichotomis.*

3. CLAVARIA *palmata* P.

C. stipite crassiusculo ramisque subcompressis obtusis palmato-fissis pallide ochraceis. — *Nees Syst. f. 151. B. Schaf. t. 287.*

In sylvis frondosis ad terram.

4. CLAVARIA *corniculata* Schäf.

C. flavescens; stipite gracili; ramis attenuatis acutis rectis curvatisque furcellato-pluries divisis. *Schaf. t. 173. Nees Syst. f. 152. Flor. dan. 775. f. 2.*

In sylvis arenosis, in horto aulico passim.

5. CLAVARIA *pratensis* P.

C. flavescens; stipite teretiusculo: ramis divaricatis, ramulis subfastigiatis obtusis. — *Bull. t. 5. f. D. E. Flor. dan. 836. f. 2.*

In colliculosis, apricis graminosis, e. g. prope Siglizhof, passim occurrit autumno.

6. CLAVARIA *viscosa* P.

C. vitellina, viscosa, tenax: ramis subaequalibus ramulis subfastigiatis dentatis. — *Schaf. t. 174. Elench. cr. exsicc. n. 279.*

In truncis pineis sylvarum arenosarum autumno.

c. CORYNOIDEAE *Ns.* *Elongatae subsimplices, saepe clavatae.*

7. CLAVARIA *cornea* Batsch.

C. minuta, tenax, viscidula, flavo-aurantiaca demum fulva, simplex vel in ramos subfastigiatos obtusos

irregulariter divisa: stipite elongato subfibrilloso pallidiore. *Batsch. t.* 28. *f.* 161. *Nees Syst. f.* 153.

8. CLAVARIA *pistillaris* L.

C. solitaria, magna, primo teres dein sulcata; clava flavo-rufescente; stipite attenuato dilutiore. — *Batsch t.* 11. *f.* 46. *Schäf. t.* 169. *Bull. t.* 244. *Schmid. anal. t.* 4.

In nemorosis sabulosis montosis ad terram et supra acus pineas, e. g. im Rathshólz: *Schmidel*; prope Bräunleinshof et Sendelbach.

9. CLAVARIA *ericetorum* P.

C. solitarie sparsa, gracilis, longa, teres vel superne compressa et sulcata, primo pallide flavescens, dein inferne flava superne silacea. — *Schmid. anal. t.* 15. *Nees Syst. f.* 155.

In muscis, supra folia dejecta putrescentia in sylvis udiusculis, e. g. prope dem Bischofsweiher.

10. CLAVARIA *aurantia* P.

C. subcaespitosa, aurantia, parva, subrugosa, basi subtomentosa dilutiore. *Pers.* — *Bull. t.* 463. *f. B.*

In horto aulico ab ipso lectam esse, per litteras monet amicissimus *Frid. Nees.*

11. CLAVARIA *muscicola* P.

C. minuta, mollis, alba: clava subcurvata; stipite bulboso. *Pers. obs. myc.* 2. *t.* 3. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 154.

In foliis *Hypni cuspidati* et *filicini* parasitica, autumno passim, e. g. prope Rosbach et Desendorf.

Familia II. Clavariae stipitatae.

181. SPATULARIA Pers. Leistenschwamm.

Simplex, *clava* compressa, utrinque in *stipitem* decurrente, superne *strato thecarum sporophorarum* vestita.

1. SPATULARIA *flavida* P.

S. albido-lutescens; clava oblonga obtusa. — *Nees Syst. f.* 156. *Flor. dan.* 658. *Engl. fung.* 35.

Unica vice paucula legi specimina in humo atque foliis putrefactis sylvae norimbergensis.

---

182. GEOGLOSSUM Pers. Kolbenschwamm.

Simplex, *clava* teretiuscula basi circumcirca a *stipite* discreta, omni superficie *strato thecarum sporophorarum* vestita.

1. GEOGLOSSUM *hirsutum* P.

G. gregarium vel fasciculatum, nigrum, hirsutum: clava ovato-oblonga. — *Schmid. anal. t.* 25. *f.* 1—19. *Schaf. t.* 327. *Engl. fung.* 83. *Nees Syst. f.* 157. *a.*

In pratis udis, e. g. vor Rosbach bey dem Bischoffsweiher.

2. GEOGLOSSUM *glabrum* P.

G. glabrum, ex spadiceo nigrum; stipite subsquamuloso. *Pers.* — *Ehrh. cr. exsicc. n.* 140. *Nees Syst. f.* 157. *B. analys.*

In colliculosis graminosis humidiusculis, primo autumno. Pauca specimina legi retro Adlitz.

GEO

3. GEOGLOSSUM *atropurpureum* P.

G. solitarium, glabrum, siccum, atro-purpureum. *Pers. obs. myc. t. 3. f. 5. Batsch. t. 2. f. 48.*

In graminosis retro Frauenaurach legi Septembri.

4. GEOGLOSSUM *glutinosum* P.

G. geminatum vel simplex, glutinosum, atro-viride; clava ovali. *Nees Syst. f. 159.*

In graminosis montosis prope Rathsberg et Wunderburg, loco speciatiore non indicato: Cl. *Nees ab Esenbeck.* A me nondum inventum.

5. GEOGLOSSUM *viride* P.

G. fasciculatum, glabrum, viride; clava oblonga; stipite squamoso. — *Nees Syst. f. 158. Sturm III. t. 48.*

Similibus locis cum praecedente.

Familia III. Clavariae mitratae.

183. HELVELLA Pers. Faltenschwamm.

Mitra plicata, sinuosa, utrinque deflexa, ubique *strato sporophoro*, thecis amplis, vestita. *Stipes* cavus.

1. HELVELLA *Mitra* P.

H. mitra difformi tumida nigro-fusca; stipite breviusculo albido, sulcis longitudinalibus inaequalibus notato. — *Schäf. t. 154. Nees Syst. t. 163.*

Locis arenosis montanis passim, autumno et (rarius) aestate, e. g. in M. Geisberg. In sylva pe-

rimbergensi ad viam publicam D. *Kaetlinger* legit.

2. HELVELLA *Infula* Schäf.

H. mitra difformi lobata, superficie planiuscula brunnea: stipite laevi vel sublacunoso subtomentoso albido griseove. — *Schäf. t.* 159.

In sylvis ad terram et truncos, aestate et autumno, v. c. auf dem Altstädter- und dem Rothsberg; in sylva norimbergensi: *D. Kaetlinger.*

3. HELVELLA *flavovirens* Ns.

H. mitra subglobosa lacunosa olivaceo-virente, inferne compressa; stipite compresso laevi ochraceo-flavicante. *Nees. Syst. f.* 162.

Altitudo uncialis. Mitra 4—5 lineas aequat. plano-lacunosa, basi versus stipitem undato-compressa, flavo-olivacea.

Caespitosa in terra, locis subudis umbrosis, am Weg nach Azelsberg, ubi detexit Cl. amic. *Kaetlinger, Med. D.*

4. HELVELLA *circinans* Ns.

H. mitra hemisphaerica subintegra ochraceo pallida, demum fuscescente, cum stipite laevi vel subsulcato hinc inde confluente. — *Pers. ic. et desc. I. t.* 5. *f.* 5—7. (*Leotia circinans.*)

In pinetis siccioribus, v. c. retro hortum Palmianum, autumno humido rarius.

5. HELVELLA *esculenta* P.

H. mitra difformi castanea, superficie gyrosa: stipite subtomentoso albido. — *Schaf. t.* 160.

In pinetis siccis duriusculis lapidosis montanis verno tempore post pluvias.

---

184. MORCHELLA Pers. Zellenschwamm.

Mitra conica, celluloso-reticulata, ubique *strato sporophoro*, thecis amplis, vestita. *Stipes* cavus.

1. MORCHELLA *esculenta* P.

M. mitra basi contracta, cellulis rhombeis, fuligineo-fusca. — *Schaf. t.* 199.

Locis sylvaticis montosis, verno tempore. Venum saepe affertur.

2. MORCHELLA *patula* P.

M. mitra margine libero, cellulis rhombeis, rufa. — *Nees Syst. f.* 164.

Similibus locis cum praecedente, sed rarior.

Series II. Fungi pileati.

Familia I. Fungi pileati elati.

185. AGARICUS L. Blätterschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum in utroque *lamellarum* simplicium vel subramosarum, *pileo* subtus adnatarum, latere. *Pileus* integer vel dimidiatus. *Stipes* bulbosus, volvatus, annulatus, aut aequalis, nudus; interdum nullus.

(*Contextus* cellulosus vel subfibrosus.)

Stirps I. Agarici crescentes N.

Pileus *crassus, carnosus vel coriaceus, contexto f. brilloso;* lamellis *inaequalibus, exsuccis, marcescentibus, sporarum delapsu demum non coloratis.*

A. AMANITA Pers. (gen. dist.) Wulstblätterschwamm.

Pileus stipite centrali, annulato, basi bulboso, suffultus, primum *volva* inclusus, indeque squamosus, convexus, tandem planus vel subdepressus: *lamellis* densis, inaequalibus, pallidis: stipite annuloque concoloribus. (*Substantia* subfibrosa, sicciuscula.)

1. A. AMANITA *livida* P.

A. pileo planiusculo umbonato striato plumbeo; lamellis stipiteque albis. — *Flor. dan.* 1014. *Scop.* 1. 85. 86. *Bull.* 512. *M.*

α. *pallescens:* pileo sicco ex albido pallescente, disco sublaevi. *Pers.*

γ. *fuscescens:* pileo subconvexo nitido e livescente subhepatico, lamellis candidis; stipite subulato livido, volva albida. *Pers.*

Crescit frequens in umbrosis graminosis atque in sylvaticis, locis montosis. Aug. Sept. Oct.

2. A. AMANITA *pusilla* P.

A. pileo hemisphaerico umbonato, lamellis ventricosis roseis; stipite breviusculo albido. *Pers.*

In pratis sylvaticis montosis prope Adlitz: — ad viam nach Rathsberg *Dr. Nees.* Jun. Jul.

3. A. AMANITA *bulbosa* P

A. alba, pileo convexo subumbonato, rarius disco sordide pallescente; stipite longo, basi bulbo magno, sursum attenuato. — *Schaf. t.* 241.

In sylvaticis non rarus, aestate et primo autumno.

4. A. AMANITA *citrina* P.

A. pileo hemisphaerico citrino glabro vel subverrucoso, lamellis albis; stipite concolore, baseos bulbo conspicuo. — *Schaf. t.* 20. *Nees Syst. f.* 165.

β. Mappa P. pileo e citrino flavescente vel fuscescente, verrucis parcis fuscis variegato.

In herbidis umbrosis, graminosis sylvaticis frequens. Jun. — Oct.

5. A. AMANITA *viridis* P.

A. pileo convexo glabriusculo obscure vel pallide viridi; lamellis stipiteque albis. — *Bull. t.* 3. *et* 577. *D.*

In sylvis densis, locis uliginosis, graminosis, e. g. in sylva kosbacensi, autumno provenit.

6. A. AMANITA *porphyria* Alb. et Schw.

A. pileo convexo nudo laevi e purpureo livescente; annulo subconcolore; lamellis et stipite albis. — *Alb. Schw. t.* 11. *f.* 1.

Praecedente duplo minor.

In humidis sylvae norimbergensis Septembri: rarior.

7. A. AMANITA *muscaria* P.

A. pileo plano, demum medio subconcavo, nitido aurantiaco-rubro; verrucis lamellis stipiteque albis;

bulbo baseos conspicuo. — *Schaf. t.* 27. *Bull. t.* 122. *Nees Syst. f.* 166.

β. formosa: pileo aurantio-fulvo, verrucis laxis subflavescentibus, lamellis albis; stipite flavescente longissimo squamoso-flaccido. *Pers.*

γ. Puella: minor, pileo convexo, verrucis ut plurimum denudato. *Pers.* — *Schaf. t.* 28.

In sylvis, praesertim siccioribus, e. g. prope Bubenreuth, Bockenhof etc. frequens, Aug. — Octobr.

8. A. AMANITA *umbrina* P.

A. pileo planiusculo e fuligineo subspadiceo: verrucis lamellis stipiteque albis. *Pers.* — *Schaf. t.* 99.

Ad viam nach Rathsberg, Junio: *Dr. Nees ab Esenbeck.*

9. A. AMANITA *rubescens* P.

A. intus rubescens: pileo planiusculo demum medio concavo nitido rufescenti vel lilacino hepatico lividove; verrucis lamellis stipiteque albis. — *Schaf. t.* 56.

In sylvaticis arenosis autumno satis frequens.

10. A. AMANITA *aspera* P.

A. pileo carnoso compacto umbonato rubescenti-fuligineo, verrucis acutis aspero, lamellis confertis candidis; stipite longo fibrilloso subbulboso. *Pers.* — *Bull. t.* 316.

Prope Rathsberg: *Dr. Nees ab Esenbeck.*

11. A. AMANITA *procera* P.

A. magna: pileo planiusculo umbonato squamoso cinereo-fusco; lamellis remotis stipiteque bulboso

longissimo glabriusculo albidis; annulo mobili. — *Schaf.* t. 22. 23. *Sowerby engl. fung.* 190. *Bull.* t. 78. *Bolt.* t. 23. *Nees Syst. f.* 167. — *Lepiota P.*

γ. *excoriata:* minor, subalbicans, squamis obsoletis. — *Pers. Schaf.* t. 18. 19.

In siccis arenosis, e. g. in sylvaticis der Solitude, in via nach Bubenreuth, ad molendinam.

12. A. AMANITA *colubrina* P.

A. magna: pileo subcampanulato, demum planiusculo, pallide fuscescente vel albido, squamis fuscis, lamellis stipiteque ebulboso longissimo floccoso-villoso albis: annulo fugaci. — *Bull.* 405. — *Lepiota Pers.*

γ. *cristata Pers.* minor, stipite breviore rufescente: pileo squamisque obscurioribus. — *Bolt.* t. 7.

In arenosis sylvaticis prope Bubenreuth, Büchenbach etc. autumno.

13. A. AMANITA *granulosa* P.

A. mediocris, gregaria: pileo convexo umbonato ferrugineo glabro vel subsquamoso, lamellis subalbidis; stipite squamoso. — *Flor. dan.* 1015. *Engl. fung.* t. 19. *Batsch.* t. 6. *f.* 24. t. 19. *f.* 97.

In siccioribus sylvarum autumno non rarus.

B. LEPIOTA Pers. ex em. Ns. Ringblätterschwamm.

Pileus stipite centrali, annulato, evolvato, basi vix bulboso, suffultus; reliquis notis ut in *Amanita*.

14. A. LEPIOTA *squarrosa* P.

L. mediocris, caespitosa; pileo subhemisphaerico umbonato lutescente, stipiteque aequali squamis rubro fuscis squarrosis, lamellis pallide olivaceis. — *Schaf. t.* 61. *Curt. lond. t.* 264. *Fl. dan.* 491.

β. aurivella: luteo fusca; stipite sulphureo subincurvo. — *Schaf. t.* 209. *Batsch. t.* 22. *f.* 115.

In lignis subputridis, caudicibus arborum, nec non in terra nuda sylvarum satis frequens autumno. e. g. in trunco *Pyri Mali* prope Rathsberg. ? in graminosis montis Geisberg.

15. A. LEPIOTA *polymyces* P.

L. mediocris, caespitosa: pileo convexo umbonato testaceo, squamis pilosis ochraceo-fuscis, lamellis subdecurrentibus albidis: stipite glabriusculo. — *Bolt. t.* 140. 141. *Bull. t.* 540. *f.* 3. *Engl. fung. t.* 101.

In viis, ad truncos vulgaris, sero autumno.

16. A. LEPIOTA *caudicina* P.

L. mediocris, caespitosa; pileo convexo umbonato badio vel rubro-lutescente glabro, lamellis decurrentibus pallide ferrugineis: stipite squamoso. — *Schaf. t.* 9. *Bull. t.* 543. *f.* o. *p. Trattin. fung. aust. t.* 7. *f.* 14.

In caudicibus arborum, rarius in terra, autumno ubique.

C. GYMNOPUS P. Strunkblätterschwamm.

Pileus stipite centrali, exannulato, evolcato suffultus, reliquis notis uti in *Lepiota*.

* *Pileo subfusco vel rufo.*

17. A. GYMNOPUS *pratensis* P.

G. majusculus, solitarius vel gregarius; pileo subcampanulato vel convexo umbonato duriusculo fulvo-rubro; lamellis decurrentibus crassis stipiteque basi subattenuato lutescenti-albidis. — *Schaf. t.* 313. *Bull.* 587. *f.* 1. *Engl. fung.* 141.

δ. *vitulinus:* pileo dilute rufo; lamellis stipiteque candidis *Pers.*

In pratis montanis, pascuis, versuris siccioribus sero autumno non infrequens.

18. A. GYMNOPUS *rimosus* Bull.

G. mediocris vel subparvus, gregarius; pileo conico tandem longitudinaliter rimoso lutescenti-rufo, lamellis cinerascentibus; stipite subsquamuloso pallido. — *Bull.* 599. *Batsch. t.* 20. *f.* 107.

In graminosis M. Geisberg, prope Siglizhof et alibi, primo autumno, rarus.

19. A. GYMNOPUS *fusipes* Bull.

G. magnus, caespitosus; pileo hemisphaerico tandem reflexo fissoque subtenaci vaccino-rufo, lamellis sordide pallidis; stipite ventricoso basi attenuato radicato sulcato, pileo concolore. — *Bull.* 516. *Schaf. t.* 87. 88.

Ad truncos putridos in sylvis, saepe latos effusos caespites, autumno pluvioso; magnitudine varians; 2—6. pollic. altus.

20. A. GYMNOPUS *radicatus* Relh.

G. (magnus) pileo carnoso umbonato viscoso (interdum sicco) rugoso fuligineo-vaccino aut fuscescente, lamellis subdecurrentibus candidis: stipite longissimo radicato, radice longa fusiformi. *Pers.* — *Engl. fung. t.* 48.

In sylvaticis prope Rathsberg, in monte Geisberg; prope Azelsberg: *Dr. Nees ab Esenbeck.* Aestate et autumno.

** *Pileo flavescente, subvirescente vel cervino.*

21. A. GYMNOPUS *flavovirens* P.

G. mediocris; pileo hemisphaerico flavo, disco subrufescente squamulis fusco-nigricantibus obsito, lamellis citrinis; stipite subbulboso iis concolore vel albido. — *Schäf. t.* 41. *Nees Syst. f.* 169. *B.* (*anal.*)

In graminosis montanis Augusto atque Septembri non rarus. Prope Rathsberg: *D. Nees ab Esenbeck M. D.*, in sylva vor Büchenbach amic. aestum. Küttlinger M. D.

22. A. GYMNOPUS *rutilans* Schäf.

G. magnus; pileo convexo demum plano flavescente, stipiteque pallide flavescente squamulis rubellis adspersis, lamellis citrinis flavisve. — *Schäf. t.* 218.

In umbrosis humidiusculis sylvarum acerosarum, e. g. prope der Waldhütte, prope Rathsberg.

23. A. GYMNOPUS *cerinus* P.

G. mediocris, gregarius: pileo planiusculo subumbonato; lamellis stipiteque glabro cerinis.

In graminosis prope Rathsberg rarus, ad viam nach Azelsberg.

24. A. GYMNOPUS *luridus* Schäf.

G. mediocris, gregarius et subcaespitosus: pileo hemisphaerico umbonato e cinereo subvirescente lurido, lamellis lutescentibus; stipite subsquamuloso pallido. — *Schäf. t.* 69.

In sylvaticis prope Rosbach, Desendorf et alibi non infrequens.

25. A. GYMNOPUS *cervicolor* P.

G. gregarius; pileo subcampanulato acute umbonato villoso cervino, lamellis sordide pallidis; stipite longo fibrilloso subspadiceo. *Pers.*

In sylvis frondosis ad terram rarius.

26. A. GYMNOPUS (?) *fastibilis* P.

G. mediocris, caespitosus: pileo convexe lateritio-rufo vel ochraceo-carneo, lamellis dilute fuscis; stipite fibrilloso albido.

In sylvis, locis graminosis, prope Rathsberg, Azelsberg, aestate atque autumno rarius provenit.

27. A. GYMNOPUS *collinus* Schäf.

G. mediocris, caespitosus; pileo subcampanulato umbonato pallide ochraceo vel fuscescente striato; stipite gracili lamellisque pallidis. *Schaf. t.* 220. *Engl. fung. t.* 247.

In collibus graminosis apricis siccioribus versuris que, ad vias, vere et autumno pluvioso. Frequenter comeditur, nomine: *Rainschwamm* notus.

28. A. GYMNOPUS *elatus* Batsch.

G. magnus; pileo convexo demum flexuoso plano pallide ochraceo, lamellis testaceis demum fuscis; stipite elongato fibrilloso albido. *Batsch. t.* 32. *f.* 155.

In sylvaticis siccioribus rarus; e. g. prope Bubenreuth.

*** *Pileo coccineo, fulvo, luteo vel roseo.*

29. A. GYMNOPUS *coccineus* Schäf.

G. mediocris, gregarius, totus coccineus vel croceo-coccineus; pileo convexo viscidulo submembranaceo, lamellis distantibus dentatim connexis; stipite compresso. *Schaf. t.* 302. *Bull. t.* 570. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 170.

Toto autumno non infrequens in collibus graminosis, sylvaticis, praesertim montanis, e. g. prope Azelsberg et Weisendorf.

30. A. GYMNOPUS *conicus* Schäf.

G. mediocris; pileo conico acutiusculo substriato viscidulo submembranaceo aurantio-rubro vel flavescente; lamellis confertis adscendentibus stipiteque longiusculo tereti flavis. *Schaf. t.* 2. *Batsch t.* 7. *f.* 28.

Autumno iisdem locis cum priori.

31. A. GYMNOPUS *ceraceus* Wulf.

G. α. *hypoxanthus P.* subparvulus, gregarius; pileo hemisphaerico vel planiusculo subviscido flavo fal-

vo nitido; lamellis distantibus stipiteque pallidioribus. *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. *t.* 15. *f.* 2.

In graminosis, dumosis prope Rathsberg et Azelsberg: prope Siglizhof: Cl. *Kattlinger.* Septembri, Octobri.

32. A. GYMNOPUS *leoninus* Schäf.

G. solitarius: pileo campanulato carnoso-membranaceo fragili aureo, lamellis remotis incarnatis margine flavis; stipite longo deorsum subincrassato pallescente. — *Pers. et cj. ic. et desc. fung.* 1. *t.* 7. *f.* 4. *Schaf. t.* 48.

In sylvaticis graminosis raro, e. g. in fagineto ad hortum Welsianum.

33. A. GYMNOPUS *Russula* Schäf.

G. magnus: pileo carnoso subconvexo squamulis granuloso stipiteque solido brevi roseo-rubris, lamellis inaequalibus candidis. — *Pers. Schäf. t.* 58. *Nees Syst. f.* 171.

β. roseus: stipite longo albido apice tomentoso. *Pers. Schaf. t.* 75.

In sylva rathsbergensi locis humidiusculis graminosis umbrosis autumno non infrequens. Var. *β.* invenit Cl. amic. *Fr. Nees.*

**** *Pileo cinereo, fuligineo vel nigricante.*

34. A. GYMNOPUS *myomyces* P.

G. majusculus, caespitoso-gregarius; pileo cinereo subcampanulato vel convexo umbonato subsquamuloso: lamellis stipiteque glabro albidis — *Engl. fung. t.* 76.

β. *argyraceus*: pileo subalbicante squamulis cinereo-nigrescentibus; lamellis stipiteque longiusculo candidis. *Pers.* — *Bull.* t. 423. f. 1. et t. 513. f. 2.

In umbrosis sylvarum frondosarum autumno rarus.

35. A. GYMNOPUS *nitens* Batsch.

G. submediocris; pileo convexo subtomentoso olivaceo-nigricante nitente, lamellis latiusculis sordide dilute olivaceis; stipite brevi pallido. — *Batsch.* t. 35. f. 192.

36. A. GYMNOPUS *platyphyllus* P.

G. magnus; pileo subcarnoso fragili albido, umbone obtuso squamuloso nigrescente, lamellis latissimis subadnexis candidis; stipite subradicato striato albido *Pers.*

Prope Azelsberg: *Dr. Nees ab Esenbeck*; Junio.

***** *Pileo albo albidove.*

37. A. GYMNOPUS *albus* P.

G. majusculus, totus albus; pileo convexo, lamellis distinctis subserrulatis; stipite crassiusculo. — *Batsch.* t. 3. f. 12.

In der Stubenloh inter virgulta rarius occurrit; frequentius prope Desendorf.

38. A. GYMNOPUS *chrysodon* Batsch.

G. mediocris, subcaespitosus; pileo convexo albo margine subvilloso serrato flavicante, lamellis distinctis decurrentibus albis; stipite longiusculo squamuloso albido flavidove. — *Batsch* t. 38. f. 212.

Rarissimus in pascuis nemorosis prope Rathsberg.

39. A. GYMNOPUS *pellitus* P.

G. mediocris, fragilis, mollis: pileo planiusculo albo, lamellis latiusculis incarnatis: stipite brevi glabro albo solido.

In versuris versus Bubenreuth, in pascuis M. Geisberg.

40. A. GYMNOPUS *confluens* P.

G. mediocris, caespitosus, albido-carneus: pileo convexo umbonato, lamellis angustis; stipite subtomentoso demum rufescente cavo. *Pers. ic. et descr. I. t. 5. f. 1.*

In sylvaticis siccioribus prope Kosbach unica vice.

41. A. GYMNOPUS *discoideus* P.

G. mediocris, caespitosus; pileo planiusculo albo, umbone magno flavescente viscido; lamellis alternatim decurrentibus stipiteque solido obsolete flavido squamuloso albis.

Pileus 1½ unc. latus. Stipes 3 unc. longus.

In pinetis locis graminosis, montanis; Oct.

42. A. GYMNOPUS *alliatus* Schäf.

G. parvulus, subcaespitosus; pileo plano rugulose striato sordide silaceo-pallido demum expallescente, lamellis sordide albis; stipite subrufescente. — *Schäf. t. 99.*

Comeditur, odore alliaceo se commendans.

In versuris graminosis siccioribus vere et autumno provenit.

43. A. GYMNOPUS *scabellus* Alb. et Schwein

G. parvus; siccus, pileo membranaceo planiusculo substriato subzonato albido pilis rufis adsperso, disco rufescente subpapillato demum depresso, lamellis albidis liberis; stipite longiusculo recto striatulo furfuraceo-squamuloso rufo-badio. *Alb. et Schwein t. 9. f. 6.*

In pascuis siccioribus pone Azelsberg, August. 1812., unica vice.

44. A. GYMNOPUS *tuberosus* Bull.

G. parvus, gregarius, totus albidus; pileo substriato papillato convexo; stipite tenui subpiloso basi tuberoso rufo. *Bull. t. 256. Batsch. t. 18 f. 93.*

In *Agarico pluteo* putrido semel, in sylva norimbergensi.

45. A. GYMNOPUS *ramealis* Bull.

G. parvus, gregarius, subpersistens, pileo planiusculo demum concavo albido, disco rufescente; lamellis angustis stipiteque subcurvato squamuloso-pulverulento albidis. — *Bull. t. 33.*

In ramulis dejectis arborum frondosarum, locis umbrosis montosis, Aug. Sept. rar. occurrit.

D. OMPHALIA P. ex. emend. Ns. Kelchblätterschwamm.

Pileus stipite subcentrali *excavato cyathiformi* basin versus subattenuato suffultus, medio depres-

sus

sus vel infundibuliformis, *lamellis* plerumque angustis hinc inde divisis vel basi transversim connexis.

46. A. OMPHALIA *involuta* Batsch.

O. magna; pileo planiusculo tandem depresso hepatico vel chocolatino, margine tomentoso revoluto; lamellis dichotomis stipiteque subexcentrico albidis vel pallide flavis. — *Batsch. t.* 13. *f.* 61.

In sylvis acerosis siccioribus, e. g. prope Bockenhof, Rathsberg versus Bubenreuth, — prope Büchenbach amic. Cl. *Küstlinger M. D.*

47. A. OMPHALIA *gilva* P.

O. magna, gregaria, nitida; pileo infundibuliformi margine subreflexo ochraceo fuscove: lamellis stipiteque subbulboso pallidioribus. — *Bull. t.* 553. *Flor. dan.* 1011.

In pinetis arenosis passim, e. g. in sylva prope Desendorf.

48. A. OMPHALIA *cervina* Hoffm.

O. stipite in pileum infundibuliformem oblique reflexum dilatato cervino, sul tus (basi) tuberoso tomentoso, lamellis angustissimis albis inaequaliter decurrentibus. *Pers. Hoffm. nomencl. fung. t.* 2. *f.* 3. *Nees Syst. f.* 174.

Sero autumno in sylvis prope Rathsberg, Azelsberg etc.

49. A. OMPHALIA *virginea* Wulf.

O. mediocris, gregaria, viscidula, tota alba vel sordide pellescens: pileo convexo, demum plano de

presso subinfundibuliformi, margine inflexo striato, lamellis distantibus. *Wulf. in Jacq. Misc. II. t.* 15. *f.* 1. *Schaf. t.* 232. *Bull.* 188.

In versuris, pratis sylvaticis, pascuis, autumno non rare.

50. A. OMPHALIA *candicans* P.

O. (mediocris), tota elastica, albo-nitens; pileo umbilicato laevissimo, primo convexo. *Pers.* — *Bolt. t.* 17.

In sylva rathsbergensi Novembri 1812. unica vice legi.

51. A. OMPHALIA *adusta* P.

O. majuscula, pileo subcarnoso depresso olivaceo-fuligineo demum nigricante et quasi deusto: lamellis crassiusculis subdecurrentibus stipiteque cinereis tandem nigricantibus. — *Bull. t.* 370. *f.* 2. *et* 589. *Krapf. essb. Schw. t.* 11. *f.* 4. 6. 7. *Sturm III.* 3. *t.* 26.

In sylva norimbergensi autumno passim.

52. A. OMPHALIA *tarda* P.

O. mediocris; pileo infundibuliformi, margine laevi reflexo umbrino, lamellis carneo-cinereis: stipite longiusculo subelastico pileo concolore. — *Bull.* 575. *fig. m. n.* 568. *f.* 1. *Dicks. t.* 3. *f.* 1.

In sylvis acerosis et frondosis, e. g. prope Tenneloh, sero autumno rarius provenit.

53. A. OMPHALIA *expallens* P.

O. (mediocris); pileo carnoso-membranaceo umbilicato livido-cinereo, margine substriato, lamellis subdistantibus cinereis; stipite crassiusculo subtenace pallido.

In pinetis siccioribus prope Bockenhof et alibi.

E) PLEUROPUS P. ex. emend. Ns. Stielblätterschwamm.

Pileus stipite excentrico exannulato evolvatoque suffultus, convexus, demum planiusculus vel depressus, *lamellis* divisis vel inaequalibus.

54. A. PLEUROPUS *atrotomentosus* Batsch.

P. magnus; pileo subconvexo demum depresso tomentoso oblique adscendente umbrino: stipite tomentoso recto vel subcurvato solido atro-fusco, lamellis sessilibus divisis fuscis. — *Batsch El. fung. t. 8. f. 32.*

In truncis vetustis rarior, sero autumno.

55. A. PLEUROPUS *inconstans* P.

P. majusculus, glaber; pileo depresso integro aut dimidiato flexuoso-sinuato lobatoque rufo vel testaceo-fusco, lamellis subdivisis basi crispis albidis decurrentibus; stipite sordide albo. — *Schaf. t. 43. 44.*

In truncis frondosarum arborum prope Rathsberg, Desendorf etc., saepe persistens.

F) CREPIDOPUS Ns. Randblätterschwamm.

Pileus depressus vel dimidiato infundibuliformis, *stipite* breviusculo *nudo marginali* suffultus, *lamellis* adscendentibus. (*Substantia* fibrosa, subsuccu lenta.). — (*Pleuropus P.*)

56. A. CREPIDOPUS *dryinus* P.

C. mediocris: pileo obtuse convexo subobliquo sordide rufescenti-albido griseove, margine involuto-hinc inde cum stipite flavescente squamuloso, lamellis in-

aequalibus sessilibus. — *Schaf. t.* 233. *Nees St. f.* 177.

Passim in caudicibus *Quercuum* vel aliarum arborum frondosarum, solitarius.

57. A. CREPIDOPUS *salicinus* P.

C. magnus: pileo integro convexiusculo subtomentoso zonatim subfusco: stipite albo tomentoso, lamellis decurrentibus albidis.

In *salicibus cacis* hinc inde occurrit.

58. A. CREPIDOPUS *mollis* Schäf.

C. mediocris, subgelatinosus, gregarius, integer lobatusve; pileo convexo subflexuoso sordide albido lamellis ochroleucis vel dilute cinnamomeis. — *Schaf. t.* 213. *Engl. fung.* 98.

In truncis subputridis sylvae norimbergensis, kosbacensis, autumno pluvioso non infrequens.

59. A. CREPIDOPUS *stypticus* Bull.

C. mediocris, caespitosus, integer vel lobatus subcoriaceus: pileo adscendente alutaceo vel ochraceo fusco subzonato demum farinaceo, lamellis tenuissimis anastomosantibus cinnamomeis: stipite compresso apice dilatato. — *Schaf. t.* 208. *Bull.* 140. *Engl. fung.* 109.

In arboribus, tam frondosis quam aereosis, vel putridis, autumno vulgaris.

G) APUS Ns. Haftblätterschwamm.

Pileus irregularis, *latere* in stipitem obsoletum *exannulatum* atque *evolvatum* extensus vel toto diametro adnatus, *lamellis* inaequalibus angustis hinc inde connexis. (*Substantia* sicca, fibroso-coriacea.) — (*Pleuropus P.*)

60. A. APUS *violaceo-fulvus* Batsch.

A. minutulus, imbricatim congestus, tenuis, membranaceus; pileo dimidiato-orbiculari plano subpubescente violaceo-fulvo, lamellis ventricosis concoloribus. *Batsch. t. 9. f. 39. Nees Syst f* 180.

In trunco putrido prope Bockenhof Aug. 1812. legi: — simili loco prope Weisendorf amiciss. *Nees ab Esenbeck* M. D.

61. A. APUS *epigaeus* P.

A. parvus vel submediocris, caespitosus, integer vel lobatus, fragilis; pileo planiusculo vel concavo dimidiato demum difformi, griseo vel cinereo-nigricante, basi albido villoso, lamellis simplicibus dilute rufescentibus. — *Batsch f.* 122.

γ. *glaucus*: griseus, substipitatus; pileo sericeo; stipite albentiore pruinato brevi lateral. *Pers. Batsch. f.* 123.

δ. *tremulus P.*: major, stipitatus, cinereus vel cinereo-luride olivaceus. — *Schaf. t.* 224.

In truncis putridis autumno satis vulgaris.

62. A. APUS *alneus* Lin.

A. parvus vel mediocris, gregarius, coriaceus; pileo flabelliformi integro vel lobato convexiusculo floc-

coso-pulverulento griseo, lamellis purpurascentibus demum longitudinaliter fissis margineque revolutis. — *Bull.* 346. *Engl. fung.* 183. *Nees Syst. f.* 181. — *Schizophyllus communis Fries obss. myc. p.* 103.

In caudicibus *Alni* frequens.

63. A. APUS *abietinus* Bull.

A. mediocris, subcaespitosus, subtomentosus, umbrinus, demum glabrescens, nigricans, lamellis glauco-cinerascentibus subramosis. — *Bull. t.* 442. *f.* 2.

In lignis subputridis abietinis raro occurrit, aestate et autumno.

64. A. APUS *sepiarius* P.

A. mediocris vel majusculus, caespitosus, coriaceus, durus, planus; pileo spadiceo vel rufo-fusco strigoso- et subzonato-tomentoso, lamellis lutescentibus confertis ramosis. — *Schaf t.* 76. *Nees Syst. f.* 152. (*hirsutus.*)

Fungi minime rari evolutionem saepius observare contigit. Primo e ligno putrescente membrana propullulat ab initio mollis pallidaque, paulo post corrugans fuscescens, plana, structurae fibrosae, fibris in ambitu radiatim expansis, repentibus. Postea noduli in hujus membranae medio constipantur convexi, extus fibrosi, intus spongioso-cellulosi, quibus sensim sensimque altius surgentibus apiceque dehiscentibus, tegmina apparent lamellarum vestigia, postea dilatata atque sursum vergentia.

In trabibus abietinis subputridis, e. g. ad nosocomium in horto aulico, frequens occurrit per totum fere annum, praesertim vere et sero autumno.

II) RESUPINATUS Ns. Kehrblätterschwamm.

Pileus resupinatus, lamellis sursum vergentibus: stipite obsoleto vel nullo. — (*Pleuropus Pers.*)

65. A. RESUPINATUS *applicatus* Batsch.

R. minimus, tenuis, oblique dorso adnatus, resupinatusque, obscure coeruleseenti-cinereus, lamellis concoloribus latiusculis inaequalibus. — *Batsch. t.* 24. *f.* 125. *a. b. Nees Syst. f.* 183.

In truncis quercinis nec non in sepimentis ligneis putridis sero autumno passim.

Stirps II. Agarici hymenini Ns.

Pileus *siccus, carnosus, contextu fibrilloso vel celluloso,* lamellis *vel aequalibus integris immutatis, vel inaequalibus, iisque de lapsu sporarum demum coloratis, persistentibus vel fugacibus, interdum succo proprio scatentibus.*

1. AGARICI *secretorii* Ns.

Pileus *integer, crassus membranaceusve,* lamellae *aequales vel inaequales, integrae marcescentes non versicolores, iis vel stipite succosis.*

I) RUSSULA Pers. Zeliblätterschwamm.

Pileus stipite breviusculo nudo suffultus, carnosus, lamellis integris marcescentibus. (*Contextus* subcarnosus, vesiculoso-cellulosus.)

66. A. RUSSULA *rosacea* P.

R. subinsipida, mediocris; pileo convexo demum subdepresso laeviusculo roseo; lamellis stipiteque albis. — *Schaef. t.* 16. *f.* 1—3. *Bolt. t.* 1. *f. sinistra. Flor. dan.* 1009. *Nees Syst. f.* 184.

β. exalbicans: pileo exalbicante cum tinctura coloris rosei. *Pers.* — *Krapf essb. Schw. I. t.* 2. *f.* 5. 7.

67. A. RUSSULA *emetica* P.

R. acris, majuscula; pileo planiusculo depresso margine sulcato rubro, lamellis albis; stipite ex albo rubroque vario. — *Schaf. t.* 15. *f.* 4—6. *Krapf. essb. Schw. I. t.* 3.

In sylvis abietinis cum priore vulgaris, August Sept. Oct.

68. A. RUSSULA *depallens* P.

R. gregaria, magna; pileo opaco fuscescente-rubro disco depallescente, lamellis crassiusculis distinctis albidis. *Pers.* — *Nees Syst. f.* 184. *B.* (*anal.*)

Cum prioribus, eodem tempore.

69. A. RUSSULA *olutacea* P.

R. magna; pileo planiusculo rubro saepe disco expallido tuberculoso, lamellis pallide flavescentibus; stipite vel albo vel albo rubroque vario. *Pers.*

In pinetis prope Bubenreuth, Büchenbach; — prope Rothsberg Cl. viri *Kuttlinger* et *Nees ab Esenbeck* M. D.

70. A. RUSSULA *esculenta* P.

R. magna; pileo convexo-plano demum depresso rubro; lamellis stipiteque flavescentibus. —

Schäf. t. 15. *f.* 1 — 3. *Krapf essb. Schw. I. t.* 5. *f.* 1 — 5.

In sylvis abietinis versus Bubenreuth rarissima.

71. A. RUSSULA *vitellina* P.

R. mediocris; pileo convexo demum plano vitellino, lamellis carneo-flavis; stipite albo. — *Batsch. t.* 15. *f.* 72.

In sylva das **Steinholz** dicta unica vice legi, mense Octobri.

72. A. RUSSULA *cyanoxanthos* Schäf.

R. magna; pileo convexo-plano demum depresso, margine coerulescente, disco livido ochraceo vel subrubente; lamellis stipiteque albis vel subpallescentibus. *Schaf. t.* 93. *Bolt t.* 1. *fig. super.*

In sylvaticis tempore pluvioso rarius.

K) MYCENA Pers. Hautblätterschwamm.

Pilus membranaceus, tenuis, subpellucidus, hemisphaericus vel campanulatus, plerumque striatus, *stipiti* nudo gracili elongato cavo radicanti-fibrilloso innatus, *lamellis* inaequalibus marcescentibus. (*Contextus* tenuis, subaquosus, cellulosus.)

73. A. MYCENA *alliacea* L.

M. (submediocris), solitaria, graveolens; pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis; stipite longo nigrescente-glauco subradicato, basi strigoso. *Pers.* — *Jacq. austr. t.* 83.

In umbrosis humidiusculis, c. g. des Geisberges, ubi Cl. *Küttlinger* primus legit.

74. A. MYCENA *galericulata* Schäf.

M. mediocris, caespitosa, inodora; pileo campanulato umbonato cinereo-fusco vel subplumbeo ambitu dilutiore, lamellis latiusculis subalbidis remotis: stipite pileo subconcolore, basi tuberoso strigoso-fibrilloso. *Schaf. t.* 52. *Bull. t.* 518. *Nees Syst. f.* 185.

Var. *β albida*: pileo albido lividove, lamellis incarnatis. *Pers.*

Var. *γ. praemorsa*: major, terrestris, albida, radice praemorsa. *Pers,*

In truncis subputridis, in terra, autumno vulgaris, c. g. ad viam von Desendorf nach Rosbach. bey Frauenaurach, Siglizhof etc.

75. A. MYCENA *polygramma* P.

M. solitaria, terrestris; pileo campanulato umbonato subcinereo; stipite caudato longitudinaliter striato argenteo-caesio. *Pers.* — *Engl. fung.* 222. *Bull.* 395. *et* 518. *fig. H.*

In terra autumno locis sylvaticis passim, praecedente rarior.

76. A. MYCENA *aestiva* P.

M. mediocris, solitaria: pileo convexiusculo subumbonato cinereo-livido, lamellis latiusculis candidis: stipite cinereo laevi, basi tuberoso arcuato piloso.

In terra pinetorum, c. g. prope Desendorf. sero autumno.

77. A. MYCENA *pilosa* P.

M. pileo glabro membranaceo albido-cinereo subhemisphaerico papillato striato: lamellis distinctis stipiteque longo tenui basi villoso albidis. *Pers.*

In sylvis abietinis solitaria hinc inde occurrit sero autumno, sed rarissima.

78. A. MYCENA *flavipes* Sibth.

M. mediocris, gregaria: pileo campanulato lamellisque latiusculis albidis vel cinereo-subtestaceis: stipite laevi flavo viscidulo. — *Schaf. t.* 31.

In arenosis siccioribus der Stubenloh Augusto 1812. legi.

79. A. MYCENA *ericetorum* P.

M. parva, gregaria; pileo convexo-plano tandem medio depresso ochraceo-cinerascente, lamellis basi latis distantibus albidis; stipite pileo concolore basi villoso. — *Pers. obs. I. t.* 4. *f.* 12.

In ericetis siccis inter muscos et Capitularias passim aestate et autumno.

80. A. MYCENA *Fibula* Bull.

M. parva, gregaria: pileo convexiusculo umbilicato ochraceo-rubescente, lamellis distantibus subdecurrentibus albidis dein pallidis: stipite longiusculo. — *Bull. t.* 550. *Engl. fung.* 45. — *Omphalia P.*

In truncis putrescentibus passim autumno.

81. A. MYCENA *tenella* Batsch.

M. parva, gregaria; pileo hemisphaerico vel campanulato stipiteque filiformi subviscido pallide citrinis, lamellis albidis latiusculis. — *Batsch. t.* 18. *f.* 88.

Distincta videtur a *M. citrinella Pers.* Stipes bipollicaris. Pileus unguicularis vel paulo latior.

In ramulis dejectis pineis in M. Geisberg primo autumno.

82. A. MYCENA *Hypnorum* Schrank.

M. tenerrima, parva, tota ochraceo-ferruginea; pileo campanulato sulcato, lamellis distantibus latiusculis; stipite mediocri. *Pers.* — *Schaf. t.* 63. *Batsch. t.* 19. *f.* 96.

β. bryophila: pileo obtuse umbonato lamellisque cinnamomeis: stipite longissimo fibrilloso pallescente. *Pers.* — *Necsio* auctore distincta est species.

In muscis, locis sylvaticis humidiusculis, e. g. sylvae norimbergensis, autumno, praesertim pluvioso, minime rara.

83. A. MYCENA *tenera* Schäf.

M. subparva, subsolitaria, tota ferruginea vel ochracea; pileo campanulato, lamellis obscurioribus; stipite basi subincrassato. — *Schaf. t.* 70. *Engl. fung. t.* 33.

In sylvaticis arenosis ad terram non frequens, e. g. prope Siglizhof, in der Stubenloh.

84. A. MYCENA *conigena* P.

M. subparva, gregaria: pileo plano, demum difformi, umbonato fuligineo-cinereo, lamellis albidis, stipite pileo subconcolore breviusculo, basi albo-radiculoso.

Rara in strobilis *Pini Piceae* atque *P. sylvestris.*

85. A. MYCENA *esculenta* P.

M. subparva: pileo planiusculo sordide argillaceo-flavescente fuscescenteque, lamellis latiusculis albis; stipite gracili pileo concolore. — *Wulf. in Jacq. Misc. II. t.* 14. *f.* 4. *Schaf. t.* 59.

In graminosis apricis, colliculosis, versuris, vere raro.

86. A. MYCENA *rosea* P.

M. gregaria, parva; pileo campanulato roseo: lamellis stipiteque filiformi dilutioribus. — *Bull. t.* 518. *ad litt. P.*

In pinetis ad terram non infrequens mense Octobri et Novembri occurrit.

87. A. MYCENA *lactea* P.

M. tota alba; pileo campanulato obtuso striato, lamellis distinctis adscendentibus; stipite longiusculo, basi hirsuto. *Pers.*

In foliis putredine correptis, in acubus *Pinorum*, vere et autumno, tempestate humida.

88. A. MYCENA *vulgaris* P.

M. minuta, conferto-gregaria; pileo convexo demum planiusculo subdepresso, disco stipiteque viscidulis griseis, margine et lamellis albidis.

In lignis subputridis, foliis et ad terram, autumno, in sylvis.

89. A. MYCENA *corticola* P.

M. minuta, sparsa, pileo hemisphaerico umbonato fuscescente: stipite breviusculo flexuoso lamellisque uncinato-adnexis sordide albidis. — *Bull. t.* 519. *f.* 1.

In cortice pinorum annosarum autumno hiemeque satis frequens, e. g. im Altstädter-Berg-Wald

90. A. MYCENA *platypus* Ns.

M. minutissima, tota canescenti-albida: pileo hemisphaerico, lamellis alternis adnexis: stipite brevi, basi in orbem convexum floccosum dilatato. — *Nees Syst. f.* 188.

Duas circiter lineas alta. Pileus, qui sublaevis lamellisque instructus est planis confertis, lineam unam cum dimidia diametro aequat.

Speciem primo *Basileae* ab amicissimo *Fr. Nes* lectam, prope *Erlangam* quoque invenit ejus frater, ut mihi dilectissimus *Nees ab Esenbeck M. D.*

L) MICROMPHALE Ns. Grübchen-Blätterschwamm.

Pileus tenuis, delicatus, membranaceus, plicatus, convexus, umbone depresso vel subinfundibuliformi; *stipite* longiusculo gracili nudo cavoque suffultus; *lamellis* inaequalibus subadscendentibus cum pileo marcescentibus. (*Contextus* fibroso-cellulosus.) — (*Omphaliae B. Minores Pers. syn. p.* 466. *ssq.*)

91. A. MICROMPHALE *fragilis* Batsch.

M. parvula, fragilis; pileo convexiusculo medio umbonato pallide ochraceo, margine subundulato albicante, lamellis carneo-testaceis; stipite quam pileus

dilutiore. — *Bull.* 564. *H. Batsch t.* 39. *f.* 215. *Nees Syst. f.* 191. *B.*

Habitat rarior in pinetis prope Desendorf, in sylvula prope Marlowstein.

92. A. MICROMPHALE *androsacea* P.

M. minuta, gregaria, persistens; pileo planiusculo subumbonato subplicato sordide carneo albido, lamellis simplicibus; stipite duriusculo nigricanti fusco subpiloso. — *Hoffm. nomencl. t.* 4. *f.* 2. (*A. perforans.*) *Engl. fung.* 94.

In foliis *Pini sylvestris* delapsis fere toto anno invenitur satis frequenter.

93. A. MICROMPHALE *epiphylla* P.

M. minuta, gregaria; pileo convexo dein subumbilicato lamellisque raris ramosis albis: stipite superne albido basi nigricante. — *Batsch t.* 17. *f.* 84.

Sero autumno et hieme in foliis deciduis subputridis *Fagi* et *Quercus.*

94. A. MICROMPHALE *muscorum* Hoffm.

M. subparva; pileo convexo-plano umbilicato striato flavescenti-fusco; stipite brevi, basi incrassato concolore, lamellis pallidioribus. — *Hoffm. nomencl. fung. t.* 5. *f.* 3.

In muscis ad truncos arborum passim, praesertim locis sylvaticis montanis.

M) LACTIFLUUS Pers. Saftblätterschwamm.

Pileus carnosus, firmus, demum infundibuliformis, in *stipitem* nudum, brevisculum abiens, *lamellis* basi angustioribus adscendentibus succo scatentibus. *Contextus* cellulosus, cellulis majoribus e minoribus compositis. Caro et succus mox virescentes.

95. A. LACTIFLUUS *piperatus* Bolt.

L. magnus, albidus; pileo planiusculo dein infundibuliformi, margine plano, lamellis furcatis pallidis. — *Schaf. t.* 83. *Batsch. t.* 13. *f.* 59. *Bolt. t.* 21. *Nees Syst. f.* 193. *B.*

In sylvaticis siccioribus, in dumetis. e. g. auf dem Altstädter-Berg, autumno non infrequens.

96. A. LACTIFLUUS *torminosus* Schäf.

L. magnus; pileo dilute ochraceo vel subrufo zonato, margine revoluto villoso, centro depresso, lamellis flavescentibus; stipite pileo dilutiore. — *Schaf. t.* 12.

In versuris, in graminosis sylvaticis subsiccis primo autumno passim.

97. A. LACTIFLUUS *pallidus* P.

L. caespitosus: pileo umbilicato subviscoso subincarnato pallido (vel dilute testaceo); lamellis stipiteque elongato dilutioribus. *Pers.*

In umbrosis muscosis sylvae Kosbacensis, norimbergensis et s. p. rarus.

98. A. LACTIFLUUS *deliciosus* L.

L. magnus, subgregarius v. solitarius; pileo centro depresso vel infundibuliformi testaceo subaurantico demum subzonato, lamellis succoque aurantiis. — *Schaf. t. 11. Flor. dan. 1121. Bolt. t 9. Nees Syst. f. 193.*

In graminosis, sylvaticis siccioribus interdum magnis gregibus vivit sparsus, e. g. inter Rathsberg et Bubenreuth.

99. A. LACTIFLUUS *ruber* P.

L. magnus, gregarius: pileo centro depresso ferrugineo-rufo, lamellis flavescentibus vel flavo-testaceis; stipite succoque quam pileus dilutioribus. — *Schaf. t. 5.*

In pinetis siccisculis, prope fontem soterium, Bockenhof et alibi rarus.

100. A. LACTIFLUUS *subdulcis* P.

L. mediocris, gregarius, totus rufo-fuscus: pileo centro depresso vel infundibuliformi, lamellis succoque dilutioribus. — *Schaf. t. 73. Bull. t. 224.*

Discus pilei saepe obscurior; zonae in adultis hinc inde conspicuae.

β. cimicarius Batsch: pileo obscuriore, lamellis incarnato rufis; stipite longiore. *Batsch. f 69.*

Non infrequens occurrit Octobri. Novembri in sylvaticis umbrosis, e. g. des Altstädter Bergs.

---

2. AGARICI *excretorii* Ns.

Pileus *integer, carnosus vel membranaceus, tenuis*; lamellae *inaequales, integrae, persistentes vel deliquescentes, delapsu sporarum demum fusceae.*

N) PRATELLA P. ex emend. Nees.

Pileus integer, *stipite* nudo annulato continatore instructus, *lamellis* inaequalibus marcescentibus *persistentibus*, demum pulverulentis obscurioribus. *Thecis* serie *simplici* sporarum.

* Lepiotae Ns. *Pileus* subsquamosus: *stipes* brevisculus, *annulatus.*

101. A. PRATELLA *edulis* Bull.

P. magna, gregaria: pileo convexo albo laevi vel subsquamuloso, lamellis approximatis rubellis: stipite laevi albo bulboso, annulo completo albo. — *Bull. t.* 514. *Schaf. t.* 310. 311. *Nees Syst. f.* 195.

In sylvis et in pratis sylvaticis sicciusculis Aug. — Octobr.

102. A. PRATELLA *campestris* L.

P. magna, solitaria; pileo convexo-plano cinerascenti-albido squamulis rufis, lamellis rubello-fuscis: stipite brevi albido, annulo incompleto. — *Schaf. t.* 33. *Bull. t.* 134. *Trutt. aust. t.* 1. *Flor. dan.* 714.

In pratis, campis, horto aulico passim aestate et autumno.

103. A. PRATELLA *aeruginosa* Curt.

P. mediocris; pileo vigente aeruginoso convexo glutinoso, exsiccatione flavescente, lamellis planis ad-

nexis dilute purpureis dein nigricantibus: stipite flavido squamis longis, annulo fugaci. — *Schäf. t. 1. Engl. fung.* 264. *Batsch. t.* 38. *f.* 213. *Nees Syst. f.* 196.

In terra, rarius in truncis subputridis, locis umbrosis, graminosis, in sylva vor Desendorf, ubi frequens.

104. A. PRATELLA *praecox* P.

P. submediocris, gregaria; pileo hemisphaerico albido, dein lutescente, lamellis subdecurrentibus aquoso-fuscis; stipite subtenaci solido albido, annulo fugaci. — *Schäf. t.* 217.

In campis, versuris, hortis, pratis post pluvias statim erumpens tam verno ac aestivo tempore, quam autumnali.

105. A. PRATELLA *nebularis* Batsch.

P. mediocris, gregaria: pileo convexo umbonato cinereo; lamellis confertis subdecurrentibus stipiteque firmulo subbulboso albidis vel albido-cinereis. — *Batsch. t.* 33. *f.* 193. *Bolt. t.* 40. — *Gymnopus Pers.*

Prope Siglizhof in prato sicco unica vice.

106. A. PRATELLA *lateritia* Schäf.

P. caespitosa, magna (vel submediocris): pileo carnoso (convexo) subviscoso lateritio, margine flavescente, lamellis distinctis subnebulosis virescenti-cinereis: stipite longo subsolido, annulo fugaci nigrescente. *Pers.* — *Schäf. t.* 49. *f.* 4. 5. *Bull. t.* 30. *Flore dan.* 820.

Ad truncos, praesertim si putredine sint correpti, in sylvis non raro occurrit aestate et autumno.

** Cortinariae *Ns. Pileus stipesque* subfloccosi l. fibrillosi, *annulo* in fibras plus minus persistentes soluto. (*Cortinariae sp. fere omn. Pers. et Pratellae nonn. ejusd.*)

107. A. PRATELLA *fascicularis* Batt.

P. mediocris, caespitosa; pileo hemisphaerico umbonato fulvo-brunneo-virescente, margine dilutiore, lamellis confertis flavescentibus virescentibus demum nigricantibus; cortina nigra fugaci. — *Schaf. t.* 49. *f.* 1—3. *Batsch. t.* 7. *f.* 29. *Engl. fung.* 285. *Bolt. t.* 29. *Nees Syst. f.* 198.

In truncis arborum acerosarum August. Septemb. Octobr.

108. A. PRATELLA *subrepanda* P.

P. pileo carnoso planiusculo subrepando fulvo-ferrugineo nitido, lamellis congestis argillaceo cinnamomeis; stipite bulboso crassiusculo albo. *Pers.* — *Nees Syst. f.* 197. *B.*

"Stipes solidus, 3/4 unciae fere crassus, dein pallescens; cortina ferruginea. Pileus 3 1/2 unc. latus, compactus." *Pers.*

Ad viam nach der Wunderburg: *Nees ab Esenbeck M. D.*

109. A. PRATELLA *armeniaca* Schäf.

P. magna, solitaria, fragilis; pileo convexo-plano badio vel helvolo, lamellis integris latioribus cortinaque armeniacis demum fuscescentibus; stipite bre-

vinculo bulboso albicante. — *Schaf. t.* 81. *Nees Syst. f.* 197.

In sylvis frondosis prope Adlitz, Marlowstein etc. Septembri, Octobri non frequens.

110. A. PRATELLA *castanea* Bull.

P. parvula, gregaria: pileo campanulato subumbonato violaceo-fusco, lamellis ochraceis; stipite albido fibrilloso. — *Bull. t.* 268.

Rara; prope Azelsberg et Bräunleinshof in sylvaticis inventa mense Octobri.

111. A. PRATELLA *cinnamomea* Smith.

P. mediocris, gregaria; pileo convexo umbonato cinnamomeo subsquamuloso nitido, lamellis sordide albis demum cinnamomeis; stipite dilutiore. — *Engl. Fung* 205.

In sylva inter Rathsberg et Bubenreuth ego; prope Rathsberg: *Nees ab Esenbeck D. M.*

112. A. PRATELLA *vaccina* Schäf.

P. mediocris, caespitosa vel gregaria: pileo convexo subumbonato rufo piloso-squamoso, lamellis sordide albidis pallescentibus; stipite deorsum subincrassato fibroso-squamuloso. — *Schaf. t.* 38. *Pers. ic. et descr. I. t.* 2. *f.* 1—4.

In pinetis passim, praesertim autumno pluvioso, Septembri et Octobri.

113. A. PRATELLA *albo-brunnea* P.

P. mediocris, caespitosa; pileo convexo subumbonato viscidulo castaneo badiove, lamellis albis; sti-

pite squamuloso sordide albido vel pallescente. — *Schaf. t.* 38.

In sylvaticis pone Rathsberg et pone Desendorf locis siccioribus Augusto et Septembri.

114. A. PRATELLA *crocea* Schäf.

P. submediocris, gregaria; pileo convexo subumbonato luteo-fulvo demum fulvo-fusco subsquamuloso opaco, lamellis croceis; stipite lutescente. — *Schaf. t.* 4. *Batsch. t.* 23. *f.* 117.

Frequens vere et autumno, tempore pluvioso, in pinetis siccioribus.

115. A. PRATELLA *aurantia* Schäf.

P. mediocris, gregaria; pileo carneo convexo squamuloso viscido subaurantiaco aut sordide fulvo, lamellis candidis; stipite transversim squamuloso, apice albido. *Pers.* — *Schaf. t.* 37.

In humidis sylvaticis saltus norimbergensis sero autumno 1812. inveni.

116. A. PRATELLA *Gomphus* P.

P. majuscula, solitaria rarius gregaria: pileo convexo umbonato fusco-purpurascente vel rufo-livido: lamellis decurrentibus simplicibus stipiteque longo subsquamuloso aurantio-rufis demum umbrinis. — *Pers. ic. et desc. II. t.* 13. *f.* 1. *Engl. fung.* 105.

In sylvis acerosis prope Bubenreuth. Rathsberg etc. rara.

117. A. PRATELLA *viscida* L.

P. mediocris, gregaria; pileo convexo demum depresso et infundibuliformi gelatinoso-viscido fusco-

purpureo, lamellis decurrentibus ramosis ex albido cinerascentibus: stipite deorsum incrassato basi intusque flavicante, cortina nigrescente. — *Schäf. t. 36. Engl. fung. 7.*

Ad margines sylvarum acerosarum, praesertim locis sabulosis, e. g. ad viam nach Rosbach, autumno frequens.

118. A. PRATELLA *sanguinea* Wulf.

P. submediocris; pileo convexo; lamellis distinctis stipiteque solido longo croceo-rubris, cortina fugaci aurantiaca. — *Wulf. in Jacq. Misc. II. t. 15. f. 3.*

In uliginosis sylvae norimbergensis Octobri unica vice legi.

119. A. PRATELLA *glaucopus* P.

P. magna; pileo subhemisphaerico fusco; lamellis stipiteque breviusculo bulboso coerulescenti-caesiis. — *Schaf. t. 53. Engl. fung. 223. — Agar. defossus Batsch t. 15. f. 7.*

β. varia P. minor, stipite albido vix coerulescente.

In sylvis, graminosis, e. g. bey Siglizhof, Alt-Erlangen; — *β.* in M. Geisberg.

120. A. PRATELLA *nuda* P.

P. mediocris, subcaespitosa; pileo convexo plano e violaceo-vel lilacino rufescente, margine repando, lamellis violaceis; stipite aequali longiusculo cortinaque fugacissima concoloribus. — *Bull. t. 439. f. A.*

In pinetis, e. g. prope Tennenloh, autumno non frequens.

121. A. PRATELLA *farinacea* Huds.

P. pileo subcarnoso umbilicato subsquamuloso stipiteque longo ochraceo-rufo, lamellis distantibus roseis demum farinaceis. *Pers.* — *Engl. fung.* 208.

Prope Azelsberg Cl. amic. *Nees ab Esenbeck M. D.* Augusto legit.

122. A. PRATELLA *furfuracea* P.

P. gregaria, subparva; pileo carnoso-membranaceo umbilicato canescente-helvolo, squamulis subfarinaceis, lamellis planis subdecurrentibus cinnamomeis; stipite furfuraceo subrigido. *Pers.* — *Schaf. t.* 225?

Dom. *Kuttinger* M. D. prope *Erlangam* legit, locum natalem vero non indicavit.

*** Gymnopodes et Mycenae *Ns. Pileus* tener, tenuis, *lamellis* latiusculis succulentis, *stipite* nudo gracili suffultus. — (*Pratellae* ** et *Coprini* ** *P. plures.*)

123. A. PRATELLA *stipata* P.

P. mediocris, caespitosa; pileo substriato cinereo-fusco convexiusculo subpulvinato, lamellis armeniacis demum nigris; stipite glabro cavo albo. — *Schaf. t.* 237. *Nees Syst. f.* 199.

Caespites satis latos efficit, truncis putridis adnascens, in sylvaticis montanis passim aestate et autumno.

124. A. PRATELLA *gracilis* P.

P. mediocris, subsolitaria; pileo albido vel sordide alutaceo campanulato acuto demum convexo, la-

mellis cinerascentibus tandem nigris; stipite longo cavo basi subvilloso.

In pinetis siccioribus sylvae norimbergensis aliisque locis sylvaticis primo autumno.

125. A. PRATELLA *titubans* Bull.

P. mediocris, gregaria vel simplex; pileo tenui substriato citrino margine pallidiore campanulato subviscoso, lamellis liberis incarnatis demum nigrescentibus; stipite tenui subflavido. — *Bull. t.* 425. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 200. — *Coprinus P.*

In fimetis a *D. Kuttlinger* observata.

126. A. PRATELLA *Pluteus* Batsch.

P. mediocris, subsolitaria: pileo fuliginoso-fusco campanulato umbonato, lamellis liberis albis dein roseis; stipite subbulboso albo, striis nigrescentibus. — *Batsch t.* 16. *f.* 76. *Schaf. t.* 10. *Sturm III.* 2. *t.* 28. *Nees Syst. f.* 201. — *Gymnopus Pers.*

In sylvis ad truncos subputridos vel caesos vel stantes, autumno pluvioso.

O) COPRINUS Pers. ex. emend. Ns. Schleimblätterschwamm.

Pileus integer, tenuis, plicatus, plerumque campanulatus. *lamellis* inaequalibus densissimis teneris succulentis, mox cum stipitis parte superiore pileoque in serum nigrum deliquescentibus. *Theca* serie sporarum *quadruplici.*

127. A. COPRINUS *comatus* P.

C. magnus, gregarius; pileo cylindrico dein conico albo, undique squamis flavescentibus, lamellis confertissimis primo incarnatis; stipite longo annulato. — *Schmidel anal. t.* 10. *Schaf. t.* 46. 47. *Flor. dan.* 834.

In terra dura argillacea vel arenosa, e qua citissime erumpentem saepe vidi mirabundus. Majo. Junio et autumno occurrit, e. g. in via publica norimbergensi, ad molend. papyr. etc.

128. A. COPRINUS *plicatus* Lightf.

C. magnus, caespitosus; pileo campanulato demum margine revoluto plicato cinereo-fuscescente apice squamis fuscis, lamellis confertissimis primo rubro-fuscis subpruinosis; stipite annulato. — *Schaf. t.* 67. 68. *Curt. lond. t.* 101. *Engl. fung.* 188.

Iisdem locis cum priori, nec non in hortis, e. g. in aulico.

129. A. COPRINUS *cinereus* Schäf.

C. magnus, gregarius; pileo cylindrico vel campanulato demum margine revoluto sulcato cinereo squamuloso, disco subfusco, lamellis primo cinereis nigro-punctatis; stipite glabriusculo subcurvato basi fuscescente. — *Schaf. t.* 100. *Flor. dan.* 1194. *Nees Syst. f.* 203.

Habitat in fimetis, nec non in terra pingui, locis incultis aestate et autumno.

130. A. COPRINUS *ferrugineus* P.

C. mediocris, caespitosus: pileo campanulato sulcato ochraceo vel fusco-rufescente glabro, lamellis ni-

fidis roseis dein cinereis; stipite albo-cinerascente. — *Schaf. t. 66. Bull.* 565.

Praecedentibus rarior; tota fere aestate, praesertim pluviosa, in suburbanis, hortis nec non in sylvaticis, nunc terrestris, nunc in ligno parasiticus, provenit.

131. A. COPRINUS *disseminatus* P.

C. congestus, parvus, fugax; pileo semiovali striato-plicato primum ochraceo dein griseo, lamellis distinctis semiadnexis albido-fuscescentibus; stipite utplurimum incurvo. *Pers.* — *Schaf. t. 87. (junior.)*

In arboribus putridis, praesertim *Salicibus* et *Alno*, autumno frequentissime hinc inde erumpit, post paucas horas deliquescens.

---

186. BOLETUS L. Röhrenschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum vestiens *intus tubulos* simplices rectos, *pileo* subtus plus minus horizontaliter adnatos. *Pileus* integer vel dimidiatus vel resupinatus et obsoletus. *Stipes* evolvatus, annulatus vel nudus, basi bulbosus vel aequalis.

(*Contextus* fibroso-cellulosus, carnosus vel suberosus sublignosusve, siccus.)

Stirps I. Boleti discreti Ns.

Pileus carnosus, plerumque convexus, a tubulis, ipsum longitudine aequantibus vel excedentibus, facile disjungendus. *Stipes* subcentralis. — *Suilli Mich. et aut.*

A) LEPIOTA Ns. *).

1. BOLETUS *annulatus* P.

B. magnus; pileo subhemisphaerico-convexo pulvinato viscidulo obscure fusco, tubulis flavis; stipite flavo-fusco punctato. — *Schaf. t.* 114. *Bull. t.* 332.

In pinetis hinc inde sparsus ad terram, sero autumno.

B) GYMNOPUS Ns.

2. BOLETUS *subtomentosus* L.

B. magnus vel mediocris; pileo convexo pulvinato subtomentoso gilvo fuscove, tubulis majusculis subangulatis viridi-flavis demum convexis; stipite medio crassiore superne subvilloso flavicante. — *Schaf. t.* 113. 133. *Bull. t.* 490. *f.* 3.

Species valde polymorpha. Pileus pollicaris — tripollicaris, interdum valde crassus, convexus v. subhemisphaericus, demum planus, subtilissime tomentosus vel glaber, colore vaccino, castaneo, olivaceo, gilvo vel flavo-cinerascente. Tubuli ore latiusculo, detriti vel in adultioribus fungis virescentes, demum convexi versus inferius latus.

In sylvaticis, e. g. prope Bubenreuth, Rathsberg Aug. — Oct. non infrequens.

3. BOLETUS *radicans* P.

B. pileo pulvinato flavescente-cinereo, margine involuto subtomentoso, poris citrinis; stipite lae-

*) Characteres subgenerum Boleti fere ut subgenerum Agarici.

vi radicato tomentoso concolore. *Pers.* — *Schaf.* t. 130.

In sylvis frondosis ad terram hinc inde, praesertim locis montosis.

4. BOLETUS *circinans* P.

B. magnus, gregarius; pileo crasso viscido convexo demum planiusculo repando, stramineo dein flavo-fuscescente, tubulis luteis junioribus lactescentibus; stipite breviusculo dilute flavo punctis nigris scabro. — *Schaf.* t. 123. 126. *Nees Syst. f.* 205.

Augusto et Septembri in pinetis sicciusculis gregatim, et quidem plerumque in circulum congestus, ad terram provenit.

5. BOLETUS *edulis* P.

B. pileo pulvinato latissimo fuscescente-vaccino, carne immutabili, poris primo farctis albidis dein dilute flavis; stipite tuberoso subventricoso reticulato subrufescente-cinereo. *Pers.* — *Bull.* t. 494. *Schaf.* t. 134. 135.

In sylvis acerosis, locis humidiusculis, autumno vulgatissimus.

6. BOLETUS *luridus* P.

B. magnus; pileo convexo cinereo-olivaceo fusco (lurido), carne demum coerulescente; tubulis miniatis dein aurantiis; stipite medio incrassato miniato fusco-fibrilloso-reticulato. — *Schäf.* t. 107.

Similibus locis cum praecedente occurrit, sed parcius.

7. BOLETUS *erythropus* P.

B. (magnus) pileo pulvinato rufescente-subumbrino, poris minutis aurantio-rubris: stipite subcylindrico laevi squamuloso rubicundo. *Pers.*

In sylvaticis umbrosis graminosis autumno hinc inde, e. g. prope Weisendorf, Büchenbach.

8. BOLETUS *calopus* P.

B. majusculus; pileo subhemisphaerico-convexo pulvinato olivaceo-umbrino, tubulis subaequalibus flavis; stipite basi incrassato puniceo reticulato-fibrilloso. — *Schäf. t.* 315. *Nees. Syst. f.* 208.

In sylvaticis: amicissimus *Kuttlinger M. D.*, loco speciali non indicato.

Stirps II. Boleti concreti Ns.

Pileus membranaceus, coriaceus vel sublignosus, raro carnosus, cum tubulis ipso brevioribus arcte connatus. *Stipes* varius, saepe nullus, pileo obsoleto.

A. GYMNOPUS Ns.

9. BOLETUS *ovinus* Schäf.

B. mediocris, gregarius flavido-albidus: pileo convexiusculo margine involuto, tubulis luteis; stipite breviusculo, sordide albido, basi bulbosa gibbosa. — *Schäf. t.* 121. *Nees Syst. f.* 210.

In sylvis acerosis montosis hinc inde provenit.

B) MYCENAE Ns.

10. BOLETUS *perennis* Lin.

B. mediocris, coriaceus, tenax, sordide cinereo-fuscus dein cinnamomeus; pileo subinfundibuliformi-depresso demum planiusculo superne pubescenti-zonato, tubulis inaequalibus flavescentibus. — *Schaf.* t. 125. *Bull.* 254. *Nees Syst. f.* 212.

Non infrequens in truncis subputridis, nec non in humo, gregarius, saepe pileis vel stipitibus pluribus confluentibus. In sylva norimbergensi, in sylva retro Alt-Erlangen et alibi. Hieme persistere dicitur.

11. BOLETUS *frondosus* Dicks.

B. magnus, ramosissimus; pileis mediocribus dimidiatis fuscescentibus subtus stipitibusque sordide cinereis. — *Schaf.* t. 227 — 229. *Flor. dan.* 952. *Nees Syst. f.* 216.

In truncis quercinis autumno passim; — ad viam nach Eschenau: Clar. *Küttlinger.*

C) PLEUROPODES Ns.

12. BOLETUS *cristatus* P.

B. magnus, gregarius, virescenti-flavus; pileo subflabelliformi lobato carnoso; tubulis stipiteque laterali breviusculo dilute-ochraceis. — *Schaf.* t. 316. 317. *Nees Syst. f.* 217.

Gregatim, et quasi in series dispositus, crescit in truncis fagineis, querneis aliisque, locis montosis passim.

13. BOLETUS *platyporus* P.

B. magnus, imbricato-gregarius; pileo ochraceo vel sordide fulvo planiusculo subcarnoso, squamis umbrinis vel nigricantibus; tubulis latis inaequalibus stipiteque laterali brevi crasso pallidioribus. — *Schaf. t.* 101. 102. *Nees Syst. f.* 218.

Vere, rarius autumno, in arboribus frondosis: *Salicibus, Populis, Juglande* etc., non infrequens.

14. BOLETUS *lucidus* P.

B. magnus, solitarius, totus vernicoso-nitens, coriaceus, tenax; pileo sulcato sanguineo-rufo demum castaneo, poris minutis albis tandem fuscescentibus; stipite laterali gibboso. — *Bull. t.* 459. *Jacq. aust. t.* 41. *Engl. fung.* 134. *Batsch. f.* 225.

Rarissimus. Primus eum in nostra regione legit vir clar. *Frid. Nees.* Unicum specimen ego legi in M. Geisberg.

15. BOLETUS *badius* P.

B. majusculus, subcaespitosus, coriaceus, tenax; pileo depressiusculo fulvo demum badio, margine pallidiore, poris minutis pallide flavis; stipite laterali brevi crasso cinereo-nigricante. — *Batsch. f.* 129.

Rarus in *Salicibus.* Legi prope Kirschbach.

D) APODES Ns.

16. BOLETUS *citrinus* Plan.

B. magnus, caespitosus, carnosus; pileo dimidiato sessili glabro lobato subcrispato subconvexo rubro-flaves-

flavescente, poris citrinis minutis. — *Schäf. t.* 131. 132. *Nees Syst. f.* 219.

Rarior in truncis arborum frondosarum.

17. BOLETUS *fomentarius* L.

B. magnus, subsolitarius, sublignosus, crassus; pileo dimidiato sessili valde convexo fuligineo fuscove, zonis convexis subtomentosis obscurioribus, subtus planiusculus, poris minutissimis albidis vel testaceis. — *Nees Syst. f.* 220.

β. ungulatus P. margine insigni albido, zonis valde prominentibus. — *Bull. t.* 491. *f.* 2. *t.* 401. *Schaf. t.* 137. *Tratt. austr. Man. I. f.* 6.

In arboribus vigentibus: *Salicibus*, *Pyris*, *Prunis* aliisque, saepe totum annum perdurans.

18. BOLETUS *odoratus* Wulf.

B. majusculus, subsolitarius, sublignosus, odoratus; pileo dimidiato sessili planiusculo, zonis convexis, umbrino-nigro, margine subtusque ferrugineo. — *Schaf. t.* 106.

Ad truncos pinorum aliarumque arborum in sylvis densis passim.

19. BOLETUS *suaveolens* L.

B. magnus, subgregarius, suberoso-lignosus, odoratus: pileo dimidiato sessili crasso subtomentoso albo, poris inaequalibus albidis vel subfuscis. — *Nees Syst. f.* 220. *B.*

Vir Perillustris *de Wendt*, *Acad. Nat. Cur. Praes.*, *Prof. Erlang. meritissimus*, primus fuit, qui hunc fungum cum successu in medicinam introduxit. Conf

Ens'in de Boleto suaveolente Lin. comment. med. Manhemii 1785. 4. *c. icone.*

In arborum frondosarum annosarum truncis, praesertim salicum, locis montanis hinc inde occurrit.

20. BOLETUS *zonatus* Ns.

B. mediocris, gregarius, tenuior, coriaceus, planus, ochraceus, zonatus, zonis radiato-velutinis flavescenti-cinereis, subtus albidus. — *Schaf. t.* 269. *Nees Syst. f.* 221.

Ad truncos *Populi* vel aliarum arborum frondosarum rarius, autumno.

E) RESUPINATI Ns. — (Poriae P.)

21. BOLETUS *destructor* Schrad.

B. magnus, effusus, albidus; pileo obsoleto undulato lobatoque rugoso.

Margo fungi juvenilis byssinus est et succum limpidum creberrimum plorat.

In aedibus inter trabes et asseres, saepe latissime effusus et valde nocivus, hinc inde observatur. In auditorio Rever. D. *Vogel Theol. Doct. et Prof. P. O.* ante nonnullos annos frequens enascebatur.

22. BOLETUS *subtilis* Schrad.

B. minutulus, tenuis, membranaceus, effusus, totus niveus, glaber, poris angustis. — *Schrad. spic. t.* 3. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 224.

Ad arborum putridarum corticem in sylva norimbergensi nonnunquam a me repertus est.

Familia II. Fungi pileati connexi.

187. DAEDALEA Pers. Wirrschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum in lamellis celluloso-anastomozantibus, *pilei* dimidiati et *estipitati* latus inferius occupantibus.

(*Contextus* fibroso-suberosus vel sublignosus.)

1. DAEDALEA *quercina* P.

D. magna, coriaceo-suberosa, colore pallido ligneo vel testaceo; pileo glabro ruguloso, gyrorum sinubus variis magnis. — *Engl. fung.* 188. *Bull. t.* 442.

α. Substantia subflexili et lamellis simpliciter ramosis. *Pers.*

β. Substantia dura, laminis reticulatis, putamini fructus Amygdali persicae similibus. *Pers.*

Habitat non infrequens in truncis querneis vel aliarum arborum frondosarum. Specimen ingens *sesquipedale* invenit frater meus prope Bruck.

---

188. SYSTOTREMA Pers. Zackenschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum in facie *exteriore* processuum *dentiformium dilaceratorum*, *pileo* vario subincompleto subtus adnatorum.

(*Contextus* grumoso-cellulosus.)

A) APUS Ns.

1. SYSTOTREMA *cinereum* P.

S. dense imbricatum, coriaceum; pileo dimidiato fusco cinereo supra zonato tomentoso, dentibus minu-

tis denticulatis. — *Bolt. t.* 163. *Buli. t.* 501. *f.* 3. *Nees Syst. f.* 230.

Ad truncos subputridos varios arborum frondosarum passim.

B) RESUPINATUM Ns.

2. SYSTOTREMA *quercinum* P.

S. imbricatum, coriaceum; pileo dimidiato rufescenti-griseo supra glabro, dentibus adpressis densis obtusiusculis incisis. — *Nees Syst. f.* 230.

In cortice *Quercus* vel aliarum arborum, tam autumno quam vere, non frequens occurrit locis montanis.

3. SYSTOTREMA *spatulatum* P.

S. effusum, tenue, margine byssaceum, album. dentibus spatulatis apice pubescentibus. — *Schrad. spic. t.* 4. *f.* 3. *Nees Syst. f.* 231.

In truncis pineis et fagineis rarissime. Legi autumno in sylva norimbergensi.

Familia III. Fungi pileati explanati.

189. MERULIUS P. Faltenschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum in *pilei* varii *latere universo inferiore*, venis plicisve ramosis corrugato.

(*Contextus* fibrilloso-cellulosus, carnosus vel membranaceus coriaceusve.) — *Cantharellus Link.* —

A) *Omphaliae* Ns.

1. MERULIUS *Cantharellus* P.

M. gregarius, totus vitellinus; pileo carnoso glabro demum infundibuliformi, margine crispo. — *Engl. fung.* 40. *Flor. dan.* 264. *Tratt. fung. austr. t.* 8. *f.* 15. *Nees Syst. f* 234.

In versuris, ad margines sylvarum frondosarum, in sylvis ad terram hinc inde. Apud nos *Pfiffer* audit et comeditur.

2. MERULIUS *cornucopioides* P.

M. caespitosus; pileo ventricoso-infundibuliformi, margine tenui revoluto fusco squamuloso; stipite cinereo-nigricante. — *Schäf. t.* 165. *Bull.* 150. *Engl. fung.* 14. *Nees Syst. f.* 235.

In sylvis acerosis et frondosis, ad terram et ligna putrida, autumno rarus. Prope Rathsberg: am. *Fr. Nees;* — prope Bubenreuth et in sylva norimbergensi.

B) *Pleuropodes* Ns.

3. MERULIUS *muscigenus* P.

M. subsolitarius, parvus; pileo dimidiato planiusculo vel undulato-plicato membranaceo dilute fusco; stipite brevi. — *Bull.* 498. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 236.

In *Hypnis* aliisque muscis vigentibus, locis sylvaticis uliginosis, autumno passim provenit.

4. MERULIUS *bryophilus* P.

M. subgregarius, minimus, albus; pileo dimidiato tenui membranaceo; stipite brevissimo. — *Pers. Obs. I. t.* 3. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 237.

C) *Gomphus* Pers. (*Pileus prorsus obliteratus in stipitem turbinato-clavatum, latere tenuiter plicato-venosum.*)

5. MERULIUS *clavatus* P.

M. e spadiceo-purpurascens. — *Schmid. anal. t.* 60. (*Clavaria truncata.*)

Ad truncos putridos gregarius. A me quidem nunquam lectus est, sed *Schmidelium* hunc fungum prope *Erlangam* invenisse, mihi est verosimillimum

---

190. HYDNUM L. Stachelschwamm.

Stratum thecarum sporophorarum in facie *exteriore processuum subulatorum teretiusculorum pileo* vario subtus adnatorum.

(*Contextus* fibrillosus vel subcelluloso-fibrillosus.)

A) *Gymnopus* Ns.

1. HYDNUM *imbricatum* L.

M. magnum, carnosum: pileo stipitato tuberculoso squamoso cinereo-brunneo, squamis crassis potentibus obscurioribus, subulis longis. — *Schaf. t.* 140. *Nees Syst. f.* 240.

In pinetis siccioribus autumno frequens.

B) *Russulae* Ns.

2. HYDNUM *rufescens* P.

H. magnum, subcarnosum: pileo breviter stipitato tenui carneo-dilute-rufo, subulis brevusculis s[illegible]

compressis ochraceo-carneis. — *Pers. ic. pict. fasc. I. t. 6.*

In sylvis acerosis ad terram subsiccam aestate et autumno passim.

3. HYDNUM *compactum* P.

H. mediocre, carnoso-subcoriaceum: pileo breviter stipitato inaequali subinfundibuliformi-depresso griseo-rufescente, subulis fuscis breviusculis; stipite basi nigricante. — *Schaf. t. 146. Nees Syst. f. 241.*

Gregarium et saepe confluens in sylvis sicciori-bus montanis occurrit, sed non frequens.

C) *Omphaliae* Ns.

4. HYDNUM *concrescens* P.

H. majusculum, subcoriaceum; pileo breviter stipitato ochraceo-fusco spadiceo-nigrove-zonato infundibuliformi, subulis tenuibus fuscis, stipite difformi subtuberoso. — *Batsch t. 40. f. 221.*

In sylvaticis umbrosis subhumidis, e. g. prope Rathsberg, ast rarum; plerumque pileis concretis.

5. HYDNUM *tomentosum* L.

H. submediocre, coriaceum; pileo tenui cinereo-fusco, zonis tomentosis obscurioribus, margine subulisque sordide albidis, depresso-subinfundibuliformi; stipite subaequali fusco. — *Schaf. t. 159. Batsch t. 40. f. 224. et Nees Syst. f. 242. (H. zonatum Batsch.)*

In pinetis, e. g. der Stubenloh, dem Altstädter-Berg-Wald ad terram, interdum latos caespites formans, pileis concretis.

D) *Mycena* Ns.

6. HYDNUM *Auriscalpium* L.

H. minus, subcoriaceum: pileo fuligineo spadiceove dimidiato planiusculo stipiteque hirsutis. — *Curt. lond. t.* 190. *Schaf. t.* 143. *Nees Syst. f.* 243.

In *Pini* strobilis delapsis, vel etiam in acubus, locis sylvaticis sicciusculis passim, sed apud nos minime frequens. Vere 1813. nonnulla specimina legi im Uttenreuther Wald.

E) *Apus* Ns.

7. HYDNUM *gelatinosum* Scop.

H. submediocre, molle, subgelatinosum, irregulariter undulato-lobatum, planiusculum, basi angustatum, coerulescenti-canum, demum subochroleucum. — *Schaf. t.* 145. *Nees Syst. f.* 244.

Ad ramos dejectos et truncos pineos hinc inde in sylva norimbergensi.

F) *Resupinatum* Ns. — (*Odontia Pers.*)

8. HYDNUM *niveum* P.

H. niveum, tenuiter membranaceum, effusum, margine lato byssino, subulis brevibus in medio aggregatis. — *Pers. Disp. t.* 4. *f.* 6. 7. *Nees Syst. f.* 246.

Arbores frondosas subputridas, praesertim *Salices* cavas, late effusum, depascitur. Vere et autumno passim occurrit.

9. HYDNUM *crustosum* P.

H. albidum, crustaeforme, superficie subpulverulenta, arcte adhaerens, late effusum, subulis minutis obtusis. — *Nees Syst. f.* 247.

In *Salicibus* cavis non infrequens aestate et autumno, tempore pluvioso, adparet.

---

191. THELEPHORA Pers. Warzenschwamm.

Thecae sporophorae in *universa pagina inferiore* plus minus *verruculosa pilei* obsoleti immersae.

(*Contextus* fibrillosus.) — *Auricularia Bulliard.*

A) *Pleuropodes* et *Apodes* Ns. — (*Stereum Pers.*)

1. THELEPHORA *terrestris* L.

T. pileo dimidiato-cyathiformi planiusculo torto subcrispo villoso-strigoso, in stipitem lateralem brevem protenso, obscure fusco. — *Nees Syst. f.* 257.

Analysin egregiam vid. apud *Nees Syst. p.* 237.

In terra arenosa sylvarum, e. g. in der Solitüde, der Eisgrube, satis frequens et interdum numerosis gregibus occurrit. Sept. Oct

2. THELEPHORA *rubiginosa* Gm. Ns.

T. pileo dimidiato-orbiculari hinc inde subresupinato sulcato-zonato fusco tomentoso, subtus planiusculo sericeo. — *Nees Syst. f.* 252. — *T. spadicea P.? — Helvella caryophyllacea Dicks.*

Ad *Fagos* et *Quercus* gregaria Aug. — Octob. locis montosis, e. g. prope Azelsberg, rarior.

3. THELEPHORA *hirsuta* P.

T. pileo dimidiato sessili cinereo-vel fulvo-fuscescente subzonato villosiusculo, subtus glabro palli-

diore. — *Bull.* 483. — *Cfr. Nees Syst. f.* 252. *B. et p.* 238.

Ad truncos hinc inde.

4. THELEPHORA *quercina* P.

T. nigro-fusca; hymenio incarnato subrimoso, papillis inaequalibus obtusis. — *Bull.* 436. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 253.

Frequens in ramis quercinis tam delapsis, quam vigentibus.

5. THELEPHORA *polygonia* P.

T. incarnata, papillis majusculis polygonis. *Pers.*

Prope hortum Welsianum ad sepes invenit Cl. *Frid. Nees.*

6. THELEPHORA *laevis* P.

T. subcrassa, tenuissime tomentoso-albida; hymenio glabro pallide incarnato.

Vere et sero autumno ad ramos arborum frondosarum passim occurrit.

7. THELEPHORA *incrustans* P.

T. terrestris, subcarnosa, rugoso-tuberculosa, pallida, margine tenui dilutiore. *Pers.*

In der Eisgrube: *Fr. Nees*, acerrimus fungorum observator.

8. THELEPHORA *sebacea* P.

T. difformis, late effusa, incrustans, sebiformis, pallida, exsiccata rufescens. *Pers.*

Autumno et hieme post pluvias in muscis, locis sylvaticis udis, e. g. in sylva norimbergensi.

9. THELEPHORA *umbrina* P.

T. terrestris, late effusa, mollis, umbrina vel violaceo-fusca, margine subtomentoso albido.

In terra nuda sabulosa et in ramulis pineis dejectis sero autumno rarius occurrit, e. g. prope Bockenhof.

10. THELEPHORA *calcea* P.

T. sicca, glabra, dura, subrimosa, detrita fuscescens, papillis manifestis. *Pers.*

In ramis et truncis arborum, e. g. ad hortum Welsianum.

---

192. AURICULARIA Lk. Lappenschwamm.

Thecae nullae. Explanata, plicata, lobata, pagina superiore glabra, inferiore hirsuta, *textura* vesiculoso-gelatinosa, intus *sporophora; sporis* versus superficiem glabram sparsis atque in floccis paginae inferioris nidulantibus, demum emergentibus.

1. AURICULARIA *sambucina* mihi

A. fusco-nigricans, subtus cinereo-olivacea. — *Engl. bot.* 2447. *Bolt.* 107. — *Peziza Auricula L.* — *Tremella Auricula Judae P.*

Iteratis observationibus edoctus huic vegetabili singulari sporas tribuendas tam in superiore, quam in inferiore facie nidulantes, atque in villum porrectas censeo. Utrum thecis sint inclusae, nec ne, ignoro. Sunt vero ipsae sporae minutissimae, nec nisi optima lente conspiciendae; ideoque, priusquam certi

quid in charactere de thecarum praesentia pronuntiem aliorum indagationem exspecto.

In caudicibus *Sambuci nigrae* toto fere anno, praesertim coelo pluvio, provenit.

Sèctio III. Fungi utrini.

Series I. Fungi utrini pistillares (s. deliquescentes).

193. PHALLUS Pers. Eichelschwamm.

Latex sporophorus vestiens *capitulum* (*pileum*) ovatum integrum stipitatum volvatum.

1. PHALLUS *impudicus* L.

P. stipite albido cribroso; capitulo viridi cellulo-so, apice pervio. — *Schaf. Gichtschwamm t.* 1—5. *Schaf. bav. t.* 196—198. *Curt. n.* 33. *Bull.* 182. *Nees Syst. f* 259.

In umbrosis sylvaticis humidiusculis des Rathsberges et des Geisberges autumno occurrit, rarus.

Series II. Fungi utrini calycini.

194. PEZIZA Pers. Becherschwamm.

Cupulaeformis vel urceolata, stipitata sessilisve. *Thecae sporophorae fixae*, nidulantes in *disco* paginae superioris (*cupulae*); *sporis* plerumque 8. (*Contextus* siccus vel carnosus, vesiculoso-fibrosus.) — Saepe *hypostroma* adest floccosum vel villosum. — *Octospora Hedw.*

I.) Sessiles. Cupula absque stipite, immediate sessilis.

* Stictes *Pers. Substantia, sicca fibrosa. Cupula plana absque margine, immersa.*

1. PEZIZA *aecidioides* Ns.

P. disco immerso plano aurantiaco, margine adscendente albo subpulverulento integro demum radiatim fisso. — *Tode meckl. 1. t. 7 f. 28. Engl. fung. t. 16. Nees Syst. f. 263. — Stictis radiata Pers.*

In cortice ramorum juniorum: *Salicum, Viburni* aliarumque arborum frondosarum, vere, e. g. im Erlach.

** Patellariae *Ns. Substantia sicca, fibrosa. Cupula margine plano.*

2. PEZIZA *Patellaria* P.

P. cupula plana sessili; socialis, nigra. — *Hedw. fl. 2. t. 21. f. A.* (*Lichen atratus*). *Nees Syst. f. 265. B.* (*anal.*)

Discus, substantiae subfibrosae firmulae, margine densiore vestitus. Thecae sporophorae oblongae nullis aliis fibris intermixtis, adultae, si aquae submergantur, diffluentes, diaphanae, annulatae. — Anne distincti generis? — Quae eximie de hac specie enarrat *Cl. Nees ab Esenbeck* Cfr. in ejus *Syst. p. 257. ssq.*

In truncis *Tiliae*, *Salicis albae*, rarius *Quercus*, cavis invenitur.

*** Denudatae *Ns. Substantia molliuscula fibroso-cellulosa. Cupulae marginatae, margine aequa-*

li vel paululum crenato. Thecae magnae, sporis 6—8, *serie simplici dispositis.*

3. PEZIZA *compressa* P.

P. minutissima, tenuis, nigra; exsiccata subcompressa, conchiformis. *Pers.*

In ramis exsiccatis, assulis ligneis.

4. PEZIZA *leucoloma* P.

P. laxe gregaria vel sparsa; cupula primum urceolata dein planiuscula subflexuosa miniata, margine albido denticulato. — Diametro 1/2 — 3 lin. — *Hedw. st. II. t. 4. f. a. Nees Syst. f. 268.*

In terra humida, ad margines fossarum, in aggeribus hinc inde, praesertim autumno pluvioso.

5. PEZIZA *cinerea* P.

P. gregaria; cupula plana saepe irregulariter dilatata, extus cinerea, disco pallidiore, margine adscendente albido. — *Batsch. f. 107. Engl. fung. 64. Nees Syst. f. 269.*

Diametro unius ad sex linearum varians haec species crescit satis frequens in truncis putridis *Quercus* atque *Fagi* locis nemorosis udis.

6. PEZIZA *hyalina* P.

P. dense gregaria: cupula urceolata demum dilatata albida aquoso-hyalina, extus subgranulosa. — *Nees Syst. f. 270.*

Diametro 1/3 — 1 lin. In truncis putridis.

7. **PEZIZA** *Cyathus* Ns. in litt

P. sparsa; cupulis subcylindricis fuscis, intus pallidioribus, ore denticulato connivente, disco albido.

Cupulae membranaceae, diametro 1/4 — 1/2 lin., extus rimuloso-substriatae.

In ramulis *Betulae albae*, aestate.

**** Ocellatae *mihi*. *Substantia fibroso-cellulosa. Cupulae margine lato irregulariter fisso, extus glabrae; hypostromate nullo. Thecae sporis 8, serie duplici.* *).

8. PEZIZA *connivens* P. mihi.

P. sparsa, epiphylla, convexa, margine lato primum clauso dein irregulariter diviso erecto nigro, disco pallido. — *Engl. fung.* 118. *Bolt.* 119. *f.* 1. *Flor. dan.* 1380. *f.* 2. — *Xyloma pezizoides P. Phacidium cornatum Fries.*

Planta sicca dura est et subcornea; si vero aqua emolliatur subcarnosa evadit. Microscopio composito subjecta marginis contextum spissiorem ostendit, quam disci, quem stratum thecarum sporophorarum tenue vestit. Thecae sunt lineari-cuneatae, atque sporas octo duplici serie dispositas continent. Reliqua massa carnosa e fibris tenuissimis curvatis fasciculatis, quibus granula minuta inspersa sunt, constat.

Habitat pulchra species in foliis quercinis et fagineis dejectis, autumno et vere. — Hujus tribus videntur *Xyloma Pini Alb. Schwein.* et aliae.

---

*) Hujus tribus videtur *P. laciniata*. Alb.

***** Villosae Ns. *Substantia mollis, fibroso-cellulosa. Cupulae extus hirsutae vel hypostromate insidentes. Thecae sporis 6—8, serie simplici.*

9. PEZIZA *sanguinea* P.

P. gregaria, minutissima, urceolata, nigra, subiculo sanguineo insidens. — *Nees Syst. f.* 271.

In truncis pineis, autumno. Diametro 1/8—1/2 lin.

10. PEZIZA *carneo-rufa* mihi.

P. gregaria, cupulis urceolatis subpellucido-carneo-rufis, extus et margine setis rigidiusculis albidioribus, in ore erectis, hirsutis. — Diam. 1—2 lin.

Conferatur *Peziza brunnea Alb. Schw.*

In arena humida am Röthelheim Majo inveni.

11. PEZIZA *rufo-olivacea* Alb. Schw.

P. subsolitaria; cupulis planiusculis, disco olivaceo-virescente; extus rufo-ferrugineis villoso-subpulverulentis. — *Alb. Schw. t.* 11. *f.* 4. Diamet. lin. 1—2.

In ramulis dejectis *Viburni, Rubi* et *Ribis* raro.

12. PEZIZA *discolor* mihi.

P. gregaria, sessilis, urceolata, extus atra, nitens setisque crebris patentibus ubique hispida, intus caesio-alba.

1/3 lin. lata. Conf. *P. Platani P.*

In lignis subputridis, autumno.

13. PE-

13. PEZIZA *episphaeria* mihi.

P. minuta, gregaria, conferta: cupulis planis, extrinsecus hinc inde pilis longis ciliato-pilosis albis, disco dilute lutescente.

Habitat in *Sphaeria deusta*, autumno lecta.

14. PEZIZA *caesia* P.

P. conferta; cupulis urceolatis, disco caesio, extus albo-pilosa, setis longis in hypostroma contextis. — *Pers. ic. et desc. t. 7. f. 1. Sturm III. 2. t. 31. Nees Syst. f. 272.*

In ligno quercino putrido.

15. PEZIZA *strigosa* P.

P. sessilis, gregaria; cupula primo subglobosa dein concava, extus strigosa atra, intus ochracea. *Pers.* — Diam. lin. 1 — 1 1/2.

Ad terram in humidiusculis arenosis satis frequens.

16. PEZIZA *fasciculata* Schrad.

P. gregaria; cupulis hemisphaericis, extus umbrinis pilis fasciculatis articulatis rigidis hirtis, intus pallide coerulescentibus. — *Hoffm. veg. crypt. 2. t. 7. f. 6. Batsch t. 154. Nees Syst. f. 274.* — *P. hemisphaerica Pers.* — Diam. lin. 3 — 8.

In terra humida, nec non ad truncos.

17. PEZIZA *scutellata* L.

P. gregaria, plana, coccinea, extus setis divergentibus nigris hispida. — *Schaf. t. 284. Engl. fungi t. 24. Hedw. st. 1. t. 19. f. 3.*

Ad asseres, ligna putrida etc. non infrequens

****** Pruinosae *Ns. Substantia fibroso-cellulosa. Cupulae magnae, hemisphaericae, extus subsquamulosae nitidae, saepe lobatae. Thecae majusculae, sporis 6—8 serie simplici.*

18. PEZIZA *umbrina* P.

P. caespitosa, dense conferta, undulata et crispa, saepe lobata, rufo-cinnamomea, extus dilutior pulverulenta. — *Engl. fung. 5. Schaf. t. 274. Nees Syst. f. 280.*

Diametro lin. 2—12.

Ad terram, ligna putrida rarior.

II) Pedicellatae. Cupula pedicello variae longitudinis instructa.

* Calycinae *Ns. Substantia sicca, fibrosa. Cupula extus floccosa vel nuda. Thecae parvae, cylindraceae, rariores.*

19. PEZIZA *herbarum* P.

P. sparsa, erumpens, plano-urceolata, pallida vel silacea, margine tenui; stipite brevissimo. — *Nees Syst. f. 282.*

In caulibus exsiccatis fruticum et herbarum majorum, e. g. *Rubi.*

20. PEZIZA *pallescens* P.

P. conferta, glabra, albida demum pallescens; cupula subinfundibuliformi; stipite crassiusculo. *Pers.* — *Hoffm. fl. crypt. t. 13.*

Diametro lin. 2—3 aequat. In truncis arborum frondosarum.

21. PEZIZA *Prunastri* P.

P. fasciculata, substipitata, dura, utrinque nigra, opaca. *Pers.* — Lin. 1 lata.

In *Pruno domestica* rarius obvenit.

** Dasyscyphi *Ns. Substantia mollis, fibroso-cellulosa. Cupula subglobosa (marginibus involutis) vel urceolata, extus villosa vel pilosa. Thecae cylindricae, majusculae, sporis 6 serie simplici.* — *Lignicolae.*

22. PEZIZA *cerina* P.

P. gregaria; cupula hemisphaerica, extus villosa lutescente-olivacea, disco ochraceo-rufo; stipite brevissimo. — *Nees Syst. f.* 283.

Species minuta. 1/2 — 1 lin. lata, in ligno putrescente, praesertim quercino, non rara.

23. PEZIZA *pulchella* P.

P. gregaria; cupula subglobosa, extus candida villosa, disco aurantiaco; stipite brevissimo. — *Pull. t.* 410. *Engl. fung. t.* 17. *Nees Syst. f.* 284. — *Funck. cr. gew. n.* 463.

Discus non, nisi sole post pluvias apparente aperitur. Lineam dimidiam lata est.

Habitat frequens in variis ramis aridis, toto fere anno.

24. PEZIZA *patula* P.

P. gregaria, epiphylla; cupula planiuscula alba, disco flavescente, extus breviter floccosa; stipite brevi. — *Nees Syst. f.* 285.

Est quasi *Peziza episphearia* stipite donata. Diametro lineae partem sextam — tertiam aequat. —

Habitat in foliis delapsis quercinis et fagineis.

25. PEZIZA *virginea* Batsch.

P. gregaria, tota alba; cupulis infundibuliformibus, extus tenuissime pilosis; stipite longiusculo. — *Mich. t.* 85. *f.* 15. *Engl. fung. t.* 65. — Diam. lin. 1/2 — 1.

In truncis aridis, calycibus fagineis, ramis delapsis, locis udis frequens.

26. PEZIZA *calycina* P.

P. gregaria; cupulis plano-infundibuliformibus, extus et margine albis tenuiter pilosis, disco pallide ochraceo; stipite longiusculo. — *Hedw. st. II. t.* 22. *f. B. Nees Syst. f.* 286. — Diam. lin. 1 1/2 — 2.

In truncis, et aliis locis, uti prior.

*** Macroscyphi *Ns. Substantia mollis, celloloso-subfibrosa. Cupula urceolata, patula, subregularis, majuscula, extus vel nuda vel pilosa squamulosave. Thecae magnae, sporis* 6—8 *simplici serie.*

27. PEZIZA *alutacea* P.

P. caespitosa, saepe confluens: cupula planiuscula pallide silacea extus albida: stipite brevi subvillo so. — *Bull. t.* 154. — Diametro lin. 4—10.

Primus legit acerrimus fungorum observator D. *Kuttinger Med. D.* in asseribus hypocausti horti aulici; postea ego similibus locis hinc inde inveni.

28. PEZIZA *Craterella* P.

P. gregaria; cupula urceolata, extus stipiteque longo subvilloso albida, disco rufescente. — *Hedw. st. II. t.* 19. *f. c. Nees Syst. f.* 290. — Longit. 1—2 poll., latitud. 1 poll.

Passim in sylvis ad truncos putridos.

**** Sarcoscyphi *mihi. Substantia fibroso-cellulosa, subcoriaceo-duriuscula. Cupula cylindrica, extus hirta; stipite crasso. Thecae minutae, sporis se ie duplici. (?)* *).

29. PEZIZA *stenostoma* mihi.

P. gregaria? clavato-cylindrica, superne villosa, miniato-aurantia; cupulae concavae margine inflexo ore angusto; stipite vix angustiore: nigra, fibroso-subradicata.

Species pulchra ab omnibus, quas novi, distinctissima. Tres lineas alta est et unam cum dimidia lata. Forma turbinata, stipite vix quam cupula angustiore. Haec profunde est concava atque ore angusto aperta ob marginem erectum et valde involutum, aurantiaca vel miniata, in sicca planta aurantio-ferruginea, extus pilis tenuibus simplicibus hirsuta. Stipes totus niger, floccis concoloribus indutus iisque in ligno radicatus. Stratum thecarum tenue, discum cupulae occupans, constat thecis ratione magnitudinis plantulae minutis, linearibus, quae an sporas continent serie simplici anne potius duplici, ob exiguitatem, reperire non potui. Paraphyses (s. flocci thecis intexti) pluri-

*) Ejusdem tribus est *P. rhizopus Alb. Schw.*

mae adsunt. Textura cupulae vesiculoso-cellulosa, stipitis vero magis fibroso-vesiculosa, superficie utriusque densiore.

Habitat in ligno emortuo putrido. Paucula exempla conferta inveni prope der Waldhütte, Augusto.

***** Hymnenoscyphi *Ns. Substantia tenuior, fibroso-cellulosa. Stipes plerumque elongatus. Theeae clavatae, magnae, sporis 6—8 ordine duplici, majorem plantulae partem constituentes.*

30. PEZIZA *fructigena* P.

P. sparsa aut gregaria; cupula plano-subinfundibuliformi, basi attenuata in stipitem longum subflexuosum radicatum, extus pallida, disco demum rufescente. — *Bull t.* 228. *Engl. fung.* 117. *Nees Syst.* 292. *a. B.* — Diam. lin. 1—2., alt. lin. 2—3—10.

In fructibus *Fagi* et *Quercus*. Augusto. Septembri.

31. PEZIZA *lutescens* P.

P. gregaria, lutescens: cupula orbiculari integra; stipite tenui cylindraceo aequali recto vel subtorto. — *Hedw. st. II. t* 9. *f. C.*

In ligno abietino putrefacto. Alt. lin. 1—2., lat. lin. 1/2—1.

32. PEZIZA *tenella* Batsch.

P. nivea, demum palide lutescens, sparsa: cupula infundibuliformi, in stipitem tenuem longum cylindraceum aequalem attenuata. — *Batsch f.* 151. *Nees*

Syst. f 294. *P. cyathoidea var. β. Pers.* Alt. 1/2—3 lin.. lat. 1/4—1. lin.

In ramulis dejectis aridis autumno.

---

195. ASCOBOLUS Pers. Schlauchbecher.

Cupulaeformis, turbinatus, sessilis vel breviter stipitatus. *Thecae sporophorae* in *disco cupulae*, demum *dejectae*, sporis 8.

(*Contextus* subgelatinoso-carnosus, fibrosus.)

1. ASCOBOLUS *inquinans* Ns.

A. turbinatus, extus umbrinus, subgranulosus, disco cupulato atro inquinante. — *Schaf. t.* 158. *Bull. t.* 460. *f.* 1. *Flor. dan.* 464. (*Peziza P.*) *Hedw st. II. t.* 6 *f* 5. (*Octosp.*) *Schmid. anal. t.* 70. (*Burcardia turbinata.*) *Nees Syst. f.* 296.

Fungus polymorphus, primum obconicus, disco parvo aequali, dein vario modo plicatus, sublobatus et dilatatus, simplex vel caespitoso-confluens, extus umbrinus granulosus et subviscosus, disco aterrimo ex ob thecas, maturas facile emergentes atque dispersos, inquinans; magnitudine variat, pollicem dimidium ad duos altus latusque.

In truncis quercinis putridis autumno, saepe seriatim erumpens: prope Münchaurach et Emskirchen: *Schmidel.* A me in sylva prope Rachsberg repertus.

2. ASCOBOLUS? *Burcardia.*

A.? globosus, extus umbrinus reticulatus, disco arcolato atro. — *Schmid. anal. t.* 69. (*Burcardia globosa.*)

Fungus, mihi non visus, in sylva Rathsbergensi prope der Waldhütte Novembri 1755. ab oculatissimo *Schmidelio* inventus est. Ut in eum detegendum animum intendant botanophili Erlangenses, meretur.

3. ASCOBOLUS *furfuraceus* P.

A. gregarius, subconcavus, fusco-virescens, externe furfuraceus. *Pers. Obss. myc.* 1. *t.* 1. *f.* 3-6. *Bull.* 376.

In stercore vaccino sicco, locis herbidis sylvarum, inque pratis, sero autumno frequens.

4. ASCOBOLUS *glaber* P.

A. congestus, e conico demum depressus, spadiceus, ritens, glaber. — *Pers Obss.* 1. *t.* 4. *f.* 3. *b. et f.* 7. *a. b. c. Nees Syst. f.* 297.

Cum praecedente autumno minime rarus.

Sectio IV. Myëlomycetes.

196. HYSTERIUM Pers. Rizzenschwamm.

Perithecium vel lineare vel oblongum, rima longitudinali dehiscens. *Theeae* erectae, *sporis* oralibus *). *Hypostroma* subgranulosum vel nullum. (*Contextus* granuloso-subfibrosus.)

* *Erumpentia.*

1. HYSTERIUM *quercinum* P.

H. erumpens, elongatum, flexuosum, convexum, labiis acutiusculis, cinereum dein nigrescens. — *Tode meckl* 2 *t.* 8. *f.* 61. *Bull. t.* 432. *f.* 4. *Nees Syst. f.* 300.

In ramulis aridis dejectis *Quercus* aliarumque arborum frondosarum, vere et autumno vulgatissimum.

---

*) ter annulatis?

2. HYSTERIUM *coniogenum* P.

H. erumpens, depressum, subovatum, rima tenui rugulosum, atrum.

In strobilis *Pinus Piceae* frequens.

3. HYSTERIUM *arundinaceum* Schrad.

H. erumpens, epidermide marginatum, lineare apicibus attenuatis, medio convexum, rima tenui, nigrum. *Schrad. Journ. II. t.* 3. *f.* 3.

** *Sessilia.*

4. HYSTERIUM *Hederae* Frid. Nees in litt.

H. sessile, epiphyllum, ellipticum apicibus acutiusculis, lateribus subdepressis, rima conspicua, labiis elevatis acutis, atrum.

Perithecia vix tertiam lineae partem longa, apicibus acutiusculis, depressa, praesertim lateribus. Rima tenuis coelo pluvio paululum hians, labiis elevatis acutis.

Habitat in foliis decoloratis, et deciduis *Hederae Helicis*, ubi primus invenit carissimus *Frid. Nees. Pharmac.*

5. HYSTERIUM *pulicare* P.

H. sessile, dense gregarium, lineari-ellipticum apicibus obtusis, crassiusculum, superne planum substriatum, rima conspicua, atrum. — *Nees Syst. f.* 302.

In cortice variarum arborum vigentium, e. g. *Betulae*, *Quercus*, *Fagi* vulgare.

6. HYSTERIUM *angustatum* P.

H. sessile, densissime confertum, lineare, angustum, rima conspicua, labiis acutis, nigrum. — *Nees Syst. f.* 303.

In lignis aridis dejectis sero autumno et primo vere apparet. Densa grege rimas truncorum implere solet.

7. HYSTERIUM *mytilinum* P.

H. sessile, basi tereti subpedicellatum, superne compressum, rima tenui, conchaeforme, transversim substriatum, atrum, hypostromate nigro. — *Nees St. f.* 301.

Raro occurrit in truncis putridis abiegnis, quercinis aliisque, autumno pluvioso.

---

197. SPHAERIA Pers. Bauchschwamm.

Perithecium (*sphaerula P.*) globosum, ore orbiculari, saepe elongato (raro nullo.) *Thecae* lineares vel subclavatae, erectae, tortae, demum in *laticem* gelatinosum deliquescentes, *sporas* oblongas (ter?) annulatas foventes. *Stroma* et *hypostroma* varium vel nullum.

Contextus obscure vesiculosus.

Stirps I. Sphaeriae substratae Ns.

Perithecia *in stromate vario.*

A) SPHAERIAE *periphericae* Ns.

Stroma *subcarnosum, coriaceum vel grumosum, formae variae, clavaeforme vel elongatum, aut subglobosum, sub superficie fovens* perithecia *numerosa, ostiolis parum prominentibus.* Thecae *parvae.* Sporae *crebrae.*

* *Clavaeformes.*

1. SPHAERIA *militaris* P.

S. flavescenti-rubra, subcarnosa; clava sublanceolata obtusiuscula vel subemarginata, perithecüs promi-

nulis tuberculosa. — *Pers. obs. myc. II. t. 2. f 3. Flor. dan. 337. f. 1. Nees Syst f. 305.*

β. polycephala P.: minor, in clavulas plures divisa. *P.*

In sylvaticis arenosis humidiusculis, supra muscos et ligna putrida, chrysalidibus insectorum enascitur. Rara; inveni in M. Geisberg.

2. SPHAERIA *ophioglossoides* P.

S. subcarnosa; clava oblonga vel ovata obtusa, aurantio-rufa demum nigrescente, perithecüs papillosa: intus stipiteque attenuato radicato sordide flava. — *Bull. 140. f. 2. Schmid. anal. t. 5. f. II. III.*

In sylvaticis arenosis ad basin truncorum non frequens; im Rathsholz: *Schmidel*; — bey Vach et Buch ego.

3. SPHAERIA *bulbosa* P.

S. subcoriacea, simplex, cinereo-nigra; clava globosiuscula, apice sterili; radice tuberosa. — *Pers. obs. 2. t. 1. f. 1. a. b. Nees Syst. f. 306.*

In pinetis et ericetis, super muscos et terram, rarissima. In der Eisgrube.

4. SPHAERIA *Hypoxylon* P.

S. gregaria, simplex vel divisa, sursum attenuata, compressa, nigrescens, apice sterili demum albicante, basi hirta. — *Pers. obs. 1. t. 2. f. 1. Engl. fung. t. 55. Hoffm. veg. cr. 1. t. 3. f 1. Schäf. t. 328.*

Variat stipitibus tortis, vario modo divisis et clavis apice subcristatis.

In truncis putridis autumno et primo hieme vulgaris.

5. SPHAERIA *digitata* P.

S. caespitosa, subcarnosa, nigra; clavis basi digitato-confluentibus utrinque attenuatis teretibus, apice acuminato sterili. — *Bull. t.* 220. *Hoffm. veg. cr.* 1. *t.* 5. *f.* 2. *Weig. obs.* 1 2. *f.* 6. *Nees Syst. f.* 307.

In sylvaticis humidiusculis ad truncos rara.

6. SPHAERIA *polymorpha* P.

S. gregaria vel caespitosa, forma varia, lobata, digitata, vel simplex subovata, ventricosa, ubicunque fertilis. — *Flor. dan.* 900. 1250. *f.* 2. *Pers. obs. myc.* 2. *t.* 2. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 307. *B.*

** *Hemisphaericae (vel sphaericae).*

7. SPHAERIA *concentrica* P.

S. magna, obovata vel subglobosa, fusco-nigra, extus laeviuscula, intus nitida, stratis concentricis. — *Bolt.* 180. *Engl fung.* 160. *Tode meckl.* 2. *t.* 17. *f.* 130. *Schaf. t.* 329. *Pers. syn. t.* 1. *f.* 2.

Substantia intus carboni similis.

Habitat rarissime in truncis salicinis cariosis.

8. SPHAERIA *fragiformis* Dicks.

S. subglobosa, gregaria, saepe confluens, rufofusca, intus atra; superficie perithecii papillata. — *Ann. d. Bot.* 2. *t.* 2. *f.* 5. *Pers. syn. t.* 1. *f.* 1. 2. *Nees Syst. f.* 309.

Ad truncos quercinos et fagineos putrescentes non rara.

9. SPHAERIA *fusca* P.

S. gregaria, hemisphaerica distincta, aut convexa depressave confluens et subdifformis, fusca intus sub-

concolor, junior purpureo-fusco-pruinosa; superficie perithecciis papillata rugosave. — *Ann. d. Bot.* 2. *t.* 2. *f.* 3. *Wild. fl. ber. t.* 7. *f.* 21. *Nees Syst f.* 310.

Ad truncos, ramos dejectos, asseres frequens, toto anno.

10. SPHAERIA *cohaerens* P.

S. gregaria, confluens, subdiformis, convexa vel depresso-plana, fusca demum nigricans; superficie perithecciis ore valde prominulis bullosa. — *Nees Syst. f.* 310. *B.*

Similibus locis cum praecedente.

11. SPHAERIA *Sambuci* P.

S. erumpens, gregaria, orbicularis, planiuscula, extus nigra laeviuscula, intus mollis cinerascens. — *Tode f. meckl.* 2. *t.* 12. *f.* 98. *Nees Syst. f.* 311.

In cortice *Sambuci nigrae*, autumno pluvioso.

12. SPHAERIA *Ribesii* P.

S. erumpens, epidermide cincta, gregaria, elliptica vel suborbicularis, planiuscula, sublaevis, plerumque medio sulco exarata, fusco-nigra vel nigra. — *Rebent. fl. neom. t.* 1. *f.* 5. *Nees Syst. f.* 312.

In ramis *Ribis rubri* sero autumno vulgaris species.

B) SPHAERIAE *immersae* Ns.

Stroma *siccum, grumosum, raro carnosum, depresso-planum, plerumque effusum*, perithecia *fovens verticaliter (ut plurimum usque in stromatis fundum) immersa. ostiolis vel impressis vel*

prominentibus et plus minus elongatis. Thecae *elongatae*, sporis *numerosis.*

* *Nudae.*

13. SPHAERIA *typhina* P.

S. cylindraceo-ambiens graminum culmos, mollis, subcarnosa, flavescens; ostiolis oblongis prominentibus saturatioribus. — *Pers. ic. et desc.* 1. *t.* 7. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 314.

In culmis graminum, praesertim versus summitates infra folia, e. g. in *Anthoxantho odorato*, *Agrosti alba*, passim Julio — Sept., tempore pluvioso, provenit.

14. SPHAERIA *hyetospilus* mihi.

S. epiphylla, suborbicularis, margine repando, plana, subcarnosa; stromate flavo; perithecciis aureis immersis, ostiolis punctiformibus impressis subfuscis. — *Xyloma rubrum Pers.* (*immatura*) *et Sphaeria Padi Duv.*

Vegetabile hoc ad *Sphaeriae* genus rite referri, iteratis observationibus edoctus sum. Thecae minutissimae, sporas sex continentes, non nisi in perithecciis probe maturis inveniuntur. *Xyloma rubrum P.* eadem species est in foliis durioribus atque exsuccis *Pruni domesticae* nunquam evoluta.

Frequenter oritur in *Pruno Padi* et *P. domestica*, si aestate calida imber in folia calefacta, vigentia adhuc sed nimio aestu irritata, decidit, — inde nomen.

15. SPHAERIA *graminis* P.

S. epiphylla, gregaria, in maculas irregulares subseriatas conferta, nitido-atra; ostiolis impressis nu-

nulis. — *Pers obs. myc. 1. t. 1. f. 1. 2. Nees Syst. f. 315.*

In foliis graminum adhuc viridibus parasitica, autumno.

16. SPHAERIA *Trifolii* P.

S. epiphylla, gregaria, forma varia, subrotunda vel verrucaeformis, convexa, atra; perithecciis rugulo-so-punctulatis.

In nonnullis caespitulos vidi cinctos epidermide, in plurimis vero nudos: num species *erumpens*, uti plures epiphyllae?

In foliis *Trifolii repentis* adhuc vigentibus quidem, sed jam decoloratis, sero autumno.

17. SPHAERIA *fimbriata* P.

S. epiphylla, sparsa vel gregaria; stromate orbiculari vel elliptico elevato-plano nigro; peritheciorum ostiolis elongatis cylindricis, basi fimbria alba cinctis. — *Hoffm. veg. cr 1. t. 1. f. 1.*

β. perithecciis remotis vix confluentibus, fimbria latiore: *Batsch. t. 42. f. 231. Funck. cr gew. n. 244.*

Habitat in foliis *α. Carpini Betuli*, *β. Coryli Avellanae.*

18. SPHAERIA *deusta* Hoffm.

S. stromate late effuso crasso undulato opaco nigro demum fragili; ostiolis prominentibus; hypostromate in junioribus albido. — *Hoffm. veg cr. 1. t. 1. f. 2. Bull. t. 487. f. 1. Tode meckl. 2. t. 17. f. 129. Nees Syst. f. 316.*

In truncis cavis *Salicis*, *Fagi*, *Quercus.*

19. SPHAERIA *serpens* P.

S. stromate longitudinaliter effuso undulato crassiusculo nigrescente subnitido; ostiolis prominentibus; hypostromate in junioribus albido. — *Nees Syst. f.* 317.

β. lumbricoides P.: magna, repens, elongata, utrinque attenuata. *Pers.*

In *Salicibus* cavis aliisque arboribus cariosis, nec non in truncis caesis, vulgaris.

20. SPHAERIA *uda* P.

S. stromate longitudinaliter effuso oblongo vel difformi undulato nigro; peritheciis immersis, marginalibus liberis. — *Pers. syn. t.* 1. *f.* 11. 12. *Nees Syst. f.* 318.

In truncis querneis aliisque valde putridis, autumno non rara.

** *Ex epidermide erumpentes.*

21. SPHAERIA *stigma* Hoffm.

S. erumpens; stromate late effuso plano laevi rimoso atro; ostiolis immersis punctiformibus. — *Hoffm. veg. cr.* 1. *t.* 2. *f.* 2. *Bull. t.* 478. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 319.

In ramis *Crataegi Oxyacanthae*, quos saepe late ambit.

22. SPHAERIA *lata* P.

S. erumpens: stromate late effuso plano rugoloso nigro: peritheciis ovatis prominentibus, ostiolis conicis angulatis, intus albis. — *Nees Syst. f.* 20

In truncis, frequentius in ramulis delapsis aridis

23. SPHAERIA *disciformis* Hoffm.

S. erumpens, epidermide cincta: stromate subor-biculari plano laevi nigro; ostiolis punctiformibus immersis. — *Hoffm. veg. cr.* 1. *t.* 4. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 321. *B.*

In ramis arborum frondosarum exsiccatis, dejectis, autumno non rara.

24. SPHAERIA *quercina* P.

S. erumpens, epidermide cincta; stromate subor-biculari convexo nigro-fusco; ostiolis prominentibus tetragonis. — *Nees Syst f.* 321.

In truncis ramisque *Quercus* aridis.

25. SPHAERIA *Anethi* P.

S. erumpens, longitudinalis; stromate cinerascente: perithéciis papillato-emersis acutis subremotis nigris. — *Funck. cr. gew. n.* 183.

In caulibus aridis *Anethi graveolentis* frequentissima; saepe *S. striaeformis* contubernalis.

C) SPHAERIAE *impositae* Ns.

Stroma *sub epidermide erumpens, plerumque convexum, grumosum, ferens* perithecia *imposita, inter se libera, subglobosa*, ostiolis *papillaeformibus vel nullis instructa.* Thecae *breves*, sporis *minutis.*

26. SPHAERIA *Berberidis* P.

S. erumpens, epidermide cincta, fusca demum nigra, caespitulis suborbicularibus vel seriatis oblongis; perithéciis ovato-globosis rimoso-rugulosis demum confluentibus, absque ostiolo. — *Nees Syst f.* 324.

In ramulis *Berberidis vulgaris* tam aridis, quam adhuc vigentibus, vere frequentissima; saepe non rite evoluta atque stroma sterile exhibens.

27. SPHAERIA *Laburni* P.

S. erumpens, epidermide bullata, nigra, caespitulis subellipticis; perithecciis globosis minutis rugulosis demum confluentibus, ostiolo papillato. — *Nees Syst. f.* 325.

In *Cytiso Laburno* horti botanici, vere; ejusdem plantae vestigia in *Colutea arborescente* vidi.

28. SPHAERIA *cupularis* P.

S. erumpens, nigra; stromate tenui; perithecciis caespitosis globosis superne subdepressis umbonatis (astomis?), demum collabentibus cupulaeformibus rugosis. — *Pers. syn. t.* 1. *f.* 8—10.

Ostiolum in meis speciminibus nunquam vidi apertum.

In *Crataegi oxyacanthae* ramis non rara; unica vice in *Pruno Pado*.

29. SPHAERIA *coccinea* P.

S. erumpens, coccinea; stromate tenui; perithecciis dense confertis ovatis laevibus nitidis, ostiolo latiusculo papillaeformi. — *Pers. ic. et desc. fung. t.* 12. *f.* 2. *a. b. c. Tode meckl.* 2. *t.* 13. *f.* 104. *Nees Syst. f.* 327.

Perithecia saepe obovata et quasi pyriformia. — *Var. β. lacta P.* distincta species videtur.

In ramis et in cortice *Fagi*, *Quercus* etc.

D) SPHAERIAE *conniventes* Ns.

Stroma *grumosum*, perithecia *nonnulla ostiolis conniventia conjungens*; ostiolis, *stromate conjunctis* (collo), *ex epidermide erumpentibus*. Thecae *fasciculatae*, *breves*, *paraphysibus multis immixtis*. Sporae *paucae*. — (*S. pustulatae P.*)

30. SPHAERIA *Betuli* P.

S. minuta, fusco-nigra; collo erumpente hemisphaerico, ostiolis papillato.

In ramulis *Carpini Betuli* aridis et vivis satis communis.

31. SPHAERIA *corniculata* Ehrh.

S. nigra, intus albida; collo erumpente subconico, ostiolis apice subdivergentibus. — *Nees Syst. f.* 330. *Ehrh. cr. exs. n.* 300.

In ramis exsiccatis salicinis, quercinis, fagineis aliisque.

32. SPHAERIA *nivea* Hoffm.

S. stromate albo subfarinaceo; peritheciis nigris, collo erumpente conico truncato, ostiolis prominulis papillato. — *Hoffm. veg cr.* 1. *t.* 6. *f.* 3. *Flor. dan.* 825. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 330.

In ramulis *Populi*, *Abietis* aliarumque arborum, vigentibus vel delapsis.

33. SPHAERIA *pustulata* Hoffm.

S. inferne nigra; collo erumpente brevi mamillato superne fuliginoso-pulverulento, poro unico, peri-

theciis binis ternisve. — *Hoffm. veg. cr. 1. t. 5. f. 3. Nees. Syst. f. 334.*

In ramis *Coryli*, *Salicis*, *Quercus*.

34. SPHAERIA *insitiva* Tode.

S. extus nigra, intus cinerea; collo erumpente cylindraceo-conico, poro unico, perithecciis pluribus. — *Tode meckl. 2. t. 13. f. 108.*

Perithecia 5—8 in circulum digesta, lageniformia connivent in collum monostichum, sub epidermide longitudinaliter fissa vel obsoleta per fibras libri expallidas erumpens. Interdum corpus quoque perithecciorum convexum e libro protuberat. — Species perperam inter *S. compositas Pers.* militat.

Habitat in caulibus *Vitis viniferae* non infrequens praesertim autumno sicco post pluvias.

35. SPHAERIA *Radula* P.

S. nigra; collo erumpente cylindraceo-conico, ostiolis superne inter se liberis elongatis cylindraceo-subangulosis asperis.

In ramis fagineis et quercinis. rarior species.

Stirps II. Sphaeriae liberae (s. simplices.) Ns.

Perithecia *absque stromate*, *inter se libera.*

A) SPHAERIAE *subcutaneae* Ns.

In cortice sub epidermide oriundae eamque ostiolis perforantes.

* *Circinatae* Pers.

Perithecia nonnulla in circulum digesta, decumbentia, ostiolis conniventia.

36. SPHAERIA *pulchella* P.

S. tecta, nigra; perithecis numerosis globosis laevibus, ostiolis longissimis flexuosis. — *Nees Syst. f.* 335.

Ostiola saepe sesquilineam longa atque perithecia triplo vel quadruplo longitudine superantia.

Intra corticem *Pruni Cerasi*, *P. avium* et *P. domesticae* profunde latet, tota tecta.

37. SPHAERIA *umbilicata* P.

S. parva, atra; perithecis 2 — 3 — 7 depresso globosis, ostiolis minutis confertis emergentibus profunde umbilicatis (asperis). — *Nees Syst. f.* 337. *B. (thecae.)*

In *Corylo*, *Fago*, *Corno sanguinea*, rara.

38. SPHAERIA *salicina* P.

S. parva, nigra, opaca; perithecis 4 — 8 subglobosis, ostiolis emergentibus in discum rugosum concretis. — *Tode mekl.* 2. *t.* 13. *f.* 107

In ramis *Salicis vitellinae* et *S. rubrae* rarius provenit.

** *Subcutaneae dispersae* Ns.

Solitariae, dispersae, ore erecto.

39. SPHAERIA *rhodostoma* Alb. Schw.

S. erumpens, gregaria, hemisphaerica; perithecis nigris vertice depresso roseo, ostiolo papillato et

hypostromate nigris. — *Alb. Schw. t.* 4. *f.* 3. *Nees Syst. f* 338.

In ramulo exsucco (*Corni?*) unica vice, vere inventa.

40. SPHAERIA *Tiliae* P.

S. tecta, sparsa, nigra; peritheciis depresso-globosis, vertice tenui papillaeformi suberumpente cum epidermide fugaci, dein urceolatis ore amplo. — *Nees Syst. f.* 339.

β. subsolitaria, major, rufescenti-nigra. — *S. circumscissa Pers. ic. pict.* 1. *t.* 2. *f.* 4. 5.

In ramis aridis *Tiliae*. *Var. β.* in *Sorbo Aucuparia* aestate, sed rarissime, provenit.

41. SPHAERIA *atrovirens* Alb. Schw.

S. erumpens, gregaria, obscure-viridi-atra; peritheciis globosis vel ovato-globosis, vertice subdepressis astomis demum irregulariter apertis. — *Alb. Schw. t.* 2. *f.* 1.

In foliis et ramis *Visci albi* deciduis autumno frequens, e. g. prope Bubenreuth.

42. SPHAERIA *operculata* P.

S. simplex, sparsa; sphaerulis immersis latentibus, ostiolis prominulis globoso-depressis subangulatis. *Pers.*

Hanc speciem, mihi nondum visam, prope *Erlangam* in ramo arido se reperisse per litteras monet Cl. *Frid. Nees. Pharmac.*

43. SPHAERIA *fissa* P.

S. erumpens, dense gregaria, saepe longitudinaliter seriata, nigra: perithecüis subglobosis vel subovatis demum ore hiante.

Ostiolum saepe longitudinaliter hiat.

In ramis nec non in spinis *Rosae caninae* aliarumque, praesertim in sepibus, frequens.

44. SPHAERIA *Rubi* Ns. in litt.

S. erumpens, gregaria, nigra; perithecüis hemisphaericis demum superne depressis, ostiolis acutis longitudine peritheciorum.

In ramis *Rubi caesii*, detecta a viro oculatissimo *Nees ab Esenbeck*, postea variis locis prope Erlangam a me lecta.

45. SPHAERIA *tubaeformis* Tode.

S. erumpens, epiphylla, gregaria, fusco-nigra; perithecüis immersis ovatis, ostiolis cylindraceis erectis crassiusculis superne rufis perithecia duplo superantibus. *Tode meckl.* 2. *t.* 16. *f.* 125. *Nees Syst. f.* 343.

In foliis *Alni glutinosae* aliarumque arborum frondosarum locis udis vere et autumno vulgaris.

46. SPHAERIA *Gnomon* Tode.

S. erumpens, epiphylla, gregaria, nigra; perithecüis demum nudiusculis vertice depressis, ostiolis tenuibus clavato-cylindraceis perithecia ter quaterve superantibus. — *Tode meckl.* 2. *t.* 16. *f.* 125. *Ann. d. Bot.* II. *t.* 2. *f.* 16.

In foliis *Alni*, *Coryli* aliarumque non rara, vere et autumno.

47. SPHAERIA *affinis* mihi.

S. erumpens, epiphylla, gregaria, nigra; perithecciis minimis subemersis convexis demum nudis, ostiolis tenuissimis setaceis perithecia bis aequantibus.

Differt a *S. Gnomone:* statura triplo minore, perithecciis magis convexis, nec aetate collabentibus, ostiolis brevioribus tenerioribus sursum attenuatis, denique loco natali.

Habitat vere in foliis delapsis aridis *Trifolii repentis.*

48. SPHAERIA *setacea* P.

S. erumpens, epiphylla, sparsa, nigra; perithecciis minimis ovato-globosis immersis, ostiolis setaceis longis perithecia octies aequantibus. — *Ann. d. Bot. t. 2. f. 7. a.*

In inferiore pagina foliorum quercinorum exsiccatorum, nervis venisque immersa.

49. SPHAERIA *nebulosa* P.

S. epidermide cinerascente tecta, gregaria, plerumque longitudinaliter effusa; perithecciis minimis discretis nigris depresso-hemisphaericis, ostiolis punctiformibus acutiusculis erumpentibus. — *Nees Syst. f. 31.*

In caulibus exsiccatis plantarum umbelliferarum majorum, *Solani tuberosi*, *Nicotianae* aliarumque vulgatissima.

50. SPHAERIA *longissima* P.

S. epidermide denudata tecta, gregaria, in lineas longas porrecta; perithecciis minimis hemisphaericis subconfluentibus nigris, ostiolis punctiformibus.

In *Anethi Foeniculi* aliarumque plantarum umbelliferarum caulibus.

51. SPHAERIA *striaeformis* P.

S. epidermide decolorata tecta, gregaria, in strias breves lineares conferta, nigra; perithecciis minimis subglobosis vix emersis astomis.

In caulibus exsiccatis plantarum herbacearum, praecipue umbellatarum.

52. SPHAERIA *herbarum* P.

S. sub epidermide immutata erumpens, sparsa, nigra: perithecciis minimis depresso-hemisphaericis, ostiolo punctiformi.

α. primum sub epidermide latitans, dein ostiolo minuto prominente. — *S. herbarum γ. tecta P. Nees Syst. f.* 342.

β. perithecciis majoribus demum medio collapsis. — *S. h. var. β. complanata P. Nees Syst. f.* 342. *h.*

γ. perithecciis depressis subumbrinis, disco fuscente.

In caulibus plantarum herbacearum et fruticum ubique communis.

53. SPHAERIA *Aegopodii* P.

S. erumpens, epiphylla, epidermide albida elevata pseudo-hypostroma formante, gregaria, in acervulos varios irregulares saepe botryoideos conferta vel sparsa; perithecciis subglobosis ovatisque atris astomis.

In foliis *Aegopodii Podagrariae.*

B) SPHAERIAE *emergentes Ns.*

Epidermide non velatae, in ligno (rarissime in terra) crescentes, aliae immersae vel semiimmersae, aliae sessiles (nudae).

* *Astomae.*

54. SPHAERIA *cylindrica* Tode.

S. dense gregaria, saepe late expansa; perithecii semiimmersis minutis erectis cylindricis, globulo in apice albo deciduo. — *Tode meckl.* 2. *t.* 15. *f.* 114.

β. basi ventricosa. — *Sph. parabolica Tode meckl. l. c. f* 115.

Globuli in hujus *Sphaeriae* vertice apparentes, a *Cl. Nees ab Esenbeck* pro vesiculis sporophoris habentur, quas in varietate *β.* interdum integras, tamquam *thecas communes*, e perithecis emergentes, observavit. — *Cl. Fries* ex hac atque affinibus genus constituit novum, *Sphaeronema* dictum.

In truncis quercinis et fagineis putredine correptis autumno non rara, sed ob exiguitatem facilis praetervisu.

55. SPHAERIA *Pulvis pyrius* P.

S. gregaria, plerumque dense conferta, nigra: perithecis sessilibus globosis subrugulosis medio rima tenui. — *Nees Syst. f.* 348.

In truncis caesis, ad asseres etc. satis communis species, vere et autumno.

56. SPHAERIA *Dematium* P.

S. gregaria, conferta, nigra; perithecis subsemiimmersis depresso-hemisphaericis, medio pilis rigidis erecto-divergentibus obsitis.

Varietatem singularem peritheciis magis convexis, nec tam dense confertis, pilis tam solitariis quam binis ternisve (ostiolis?) obsitam in foliis *Hederae* legi.

In caulibus aridis plantarum herbacearum, e. g. *Urticae*.

** *Stomatophorae.*

a) *Platystomae* P.

Ostiolo lato, saepe latitudinem perithecii aequante, ut plurimum compresso, instructae.

57. SPHAERIA *compressa* P.

S. sparsa, minuta; peritheciis nigris immersis subglobosis ostiolisque acutis compressis. — *Pers. syn.* t. 2. *f* 13.

In lignis aridis hinc inde, sed rarior.

58. SPHAERIA *angustata* P.

S. sparsa: peritheciis immersis nigris transversim ellipticis intus albidis, ostiolis exsertis linearibus angustissimis.

Perithecia longiora, quam alta, quartam vel tertiam lineae partem aequantia, nucleo albido. Ostiola fere duplo breviora, angusta et parum e cortice emergentia tamquam lineolae nigrae.

In lignis mollibus exsiccatis vel putridis.

59. SPHAERIA *media* P.

S. gregaria vel sparsa; peritheciis maxima ex parte immersis nigris depresso-globosis, ostiolis exsertis latiusculis lineari-oblongis.

Differt a praecedente: 1) statura majore; 2) situ magis approximato, ita ut saepe duae tresve con-

fluant; 3) parte perithecii superiore convexa, emersa atque 4) ostiolo latiore elatioreque coronata.

In lignis putridis passim.

60. SPHAERIA *dehiscens* P.

S. gregaria; perithecciis emersis vel semiimmersis nigris globosis aut ovato-globosis, ostiolo lato longiusculo compresso-cylindraceo, demum labiis hiantibus. — *Nees Syst. f.* 350. *B. (analysis.)*

Species magnopere varians, sed forma singulari et magnitudine probe dignoscenda, modo semiimmersa est, modo sessilis et *libera*, ideoque *Sph. libera P.* cum nostra conjungenda videtur. — Transitum struit ad *Macrostomas.*

Habitat in truncis quercinis, fagineis, salicinis caesis vel putridis et adhuc vigentibus.

61. SPHAERIA *cristata* P.

S. gregaria; perithecciis emersis vel subemersis nigris globosis, ostiolo prominente compresso-cylindrico superne dilatato subcristato. — *Pers. syn. t. 1. f. 15. Nees Syst. f.* 350. — *S. cristata*, α. *crenata P.*

In ramis exsiccatis *Pruni spinosae* rarius provenit.

62. SPHAERIA *episphaeria* Tode.

S. dense gregaria, in sphaeria parasitica, mollis, rubra; perithecciis globosis sessilibus, ostiolo papillaeformi irregulari. — *Tode meckl. 2. t. 11. f.* 89. *Nees Syst. f.* 351.

In *Sphaeria Stigmate* locis udis, suffocatis.

b) *Macrostomae* P.

Ostiolo quam dimidium perithecium longiore.

63. SPHAERIA *drvina* P.

S. gregaria, minuta, nigra; peritheciis subsessilibus depresso globosis, quam ostiola flexuosa obliqua setacea octies brevioribus. — *Nees Syst. f.* 354. *B.*

In ligno quercino carioso non rara.

64. SPHAERIA *cirrosa* P.

S. sparsa, nigra; peritheciis immersis, subglobosis basi planiusculis, ostiolis rectis cylindraceis vel clavatis, basi fibrillulis in lignum divergentibus cinctis. — *Nees Syst. p.* 352.

Ostiola saepe medio constricta.

In ligno valde carioso truncorum caesorum et vigentium, e. g. *Salicis, Quercus, Fagi.*

65. SPHAERIA *rubella* P.

S. gregaria vel sparsa; peritheciis nigris semiimmersis in ostiola conica attenuatis; hypostromate pallide rubello-floccoso roseo. — *Tode meckl.* 2. *t.* 9. *f.* [illegible] *Nees Syst. f.* 353

In caulibus aridis *Urticae, Nicotianae* aliarumque herbarum non infrequens.

66. SPHAERIA *acuta* Hoffm.

S. gregaria, atra, nitida; peritheciis sessilibus hemisphaericis demum collabendo-depressis, ostiolis cylindraceis crassiusculis rectis acutis. — *Hoffm. Fl. cr.* 1. *t.* 5. *f.* 2. *Engl. fung. t.* 119.

In caulibus aridis decorticatis herbarum, praesertim *Urticae*.

c) *Brachystomae* P.

Ostiolo quam perithecium multo breviore, ut plurimum papillaeformi.

67. SPHAERIA *punctiformis* P.

S. epiphylla, sparsa; perithecis minimis atris subemersis hemisphaericis, ostiolis impressis tenuissimis, demum collabendo-umbilicatis.

In foliis variis, e. g. *Vincae minoris*, *Quercus* al. frequen

68. SPHAERIA *maculiformis* P.

S. epiphylla, gregaria, in maculas minutas irregulares conferta; perithecis minimis nigris globosis demum subemersis, ostiolis impressis tenuissimis. — *Funck. cr. gew. n.* 344.

Anne haec species una cum praecedente potius ad *Sphaerias subcutaneas* referenda esst?

Vulgaris in foliis *Quercus*, *Coryli*, *Betulae* aliarumque arborum.

69. SPHAERIA *fimeti* P.

S. gregaria, minutissima, nigra; perithecis subglobosis immersis, ostiolis acutis subobliquis longiusculis.

Transit ad *S. macrostomas.*

In fimo vaccino sicco autumno provenit.

70. SPHAERIA *hirsuta* P.

S. gregaria, dispersa vel conferta; perithecis ovatis subtuberculosis fusco-nigris emersis, pilis rigi-

dis erectis obsitis, ostiolis angulatis obtusis. — *Nees Syst. f.* 359.

Saepe perithecia medio rumpuntur, parte solummodo inferiore superstite.

Vere in lignis cariosis non ita frequens occurrit.

71. SPHAERIA *pilosa* P.

S. gregaria, minuta, nigra; perithecüs emersis ovato-subglobosis, pilis erectis nigris obsitis, ostiolis papillaeformibus. — *Pers. ic. et desc. fung.* 2. *t.* 10. *f.* 9. 10.

Similibus locis cum praecedente, qua duplo est minor.

72. SPHAERIA *spermoides* Hoffm.

S. gregaria, dense conferta, nigra; perithecüs sessilibus globosis deorsum attenuatis, superficie granuloso-rugulosis, ostiolis papillaeformibus obsoletis. — *Hoffm. veg. cr.* 2. *t.* 3. *f.* 3. *Batsch f.* 180.

Caveat tiro, ne cum *S. pulverepyrio* confundat.

In truncis aridis, ad ligna caesa.

73. SPHAERIA *Bombarda* Batsch.

S. gregaria, dense conferta, nigra: perithecüs sessilibus globosis laevibus, ostiolis minutis papillaeformibus; saepe hypostromate adusto insidens.— *Batsch. f.* 181. *Nees Syst. f.* 357.

Frequens ad truncos, praesertim ubi secure sint vulnerati.

74. SPHAERIA *fuliginosa* P.

S. gregaria, conferta; perithecüs sessilibus globosis laevibus fuliginoso-nigris, ostiolis minutis pa-

pillaeformibus demum irregularibus; hypostromate *) tenui floccoso pallido.

In trunco putrido inventa est.

75. SPHAERIA *pomiformis* P.

S. gregaria, saepe dense conferta, nigra; perithecciis sessilibus hemisphaericis, ostiolo, in vertice elevato-convexo demum depresso umbilicato, papillaeformi. — *Pers. ic. pict.* 1. *t.* 5. *f.* 4.

β. rugulosa: superficie rugulosa.

In ligno quercino, ad truncos putridos.

76. SPHAERIA *mammaeformis* P.

S. sparsa, nigra; perithecciis majusculis sessilibus subglobosis, demum vertice depresso-planis et ostiolo papillaeformi umbilicatis. — *Pers. ic. pict.* 1. *t.* 5. *f.* 6. 7.

In lignis putridis, sed rarissima.

77. SPHAERIA *seriata* P.

S. gregaria, saepe longitudinaliter seriata et subconfluens, nigra; perithecciis minutis, rugulosis, emergentibus, demum orbiculato-depressis et ostiolo umbonatis.

In ligno exsucco, ramis deciduis quercinis etc. rarior.

78. SPHAERIA *albicans* P.

S. gregaria, atra; perithecciis subglobosis semiimmersis, ostiolo papillaeformi; hypostromate floccoso albido.

In

*) Hypostroma nec stroma (i. e. subiculum floccosum, nec receptaculum singula perithecia jungens, texturae grumosae) adest; ideo vix ad Sectionem septimam Persoonianam, sed potius ad octavam pertinet.

In *Salicibus* cavis, nec non in cortice *Pini* etc, passim provenit.

79. SPHAERIA *Peziza* Tode.

S. gregaria, mollis; perithecis sessilibus rubris globosis, ostiolo papillaeformi, demum collabentibus patellaeformibus; hypostromate tenuissimo floccoso albido. *Tode meckl.* 2. *t.* 15. *f.* 122. *Hoffm. fl. germ* t. 12. *f.* 1. (*S. miniata.*) *Nees Syst. f.* 361.

Aetate confecta perithecia albescunt.

Ad arbores et ligna exsiccata.

80. SPHAERIA *aurantia* P.

S. gregaria, mollis; perithecis sessilibus globosis rubro-aurantiacis, ostiolo papillaeformi; hypostromate floccoso in disco flavo, ambitu albo. *Pers. ic. et descr. fung.* 2. *t.* 11. *f.* 4. 5. *Nees Syst. f.* 362.

In trunco *Salicis albae* cavo valde carioso et larvis insectorum devastato unica vice.

81. SPHAERIA (?) *epigaea* P.

S.? terrestris, gregaria; perithecis globosis totis immersis nigris; hypostromate (?) lutescente subgelatinoso circumfuso. — *Verrucaria epigaea Ach.*

Claudat agmen haec species aenigmatica, ulteriore indagatione digna. Num rite ad Sphaerias pertineat, nec ne, adhuc me latet. Vidi in massa gelatinosa, cavum perithecii implente, sporas seriatas eodem modo, uti in Sphaeriis solemne est, sed thecas semper quaesivi frustra. Ratione loci natalis atque hypostromatis gelatinosi a *Sphaeriis nudis* valde recedit.

Habitat frequens in terra arenosa ad latera viarum, in praeruptis aggerum etc., e. g. in via nach Rathsberg, praesertim verno tempore.

198. THELEBOLUS Tode. Zitzenschwamm.

Perithecium (? — *sporangium?*) subglobosum, e *receptaculo* in papillae formam prominens, dein ex eo ejectum, rumpens, *massam theciferam* (? vel solummodo *sporophoram?*) continens. *Receptaculum* ventricosum vel cupulaeforme, granuloso-cellulosum. (*Perithecium* membranaceum.)

1. THELEBOLUS *stercoreus* Tode.

T. depresso-globosus, croceus, confertus, absque hypostromate, semiimmersus. — *Tode meckl.* 1. *t.* 7. *f.* 59. *Nees Syst. f.* 363.

In stercore pecudum et humano subsicco; magnitudine seminis Papaveris, hinc facilis praetervisu.

---

199. NEMASPORA Pers. Schleimschwamm.

Sporangium sub epidermide latens, subhemisphaericum, pluriloculare, *cirros* filiformes gelatinosos *sporophoros* (?) aëris contactu congelascentes per ostiolum protrudens.

1. NEMASPORA *chrysosperma* P.

N. subconica, cirris aureis. — *Pers. obs. myc.* 1. *t.* 5. *f.* 8. *Engl. fung.* 137.

In cortice ramulorum *Populi nigrae* et aliarum arborum autumno et hieme.

2. NEMASPORA *leucosperma* P.

N. hemisphaerica, cirris albis. — *Hoffm. veg. cr.* 1. *t.* 5. *f.* 1. *Nees Syst. f.* 365. *B.*

In ramulis *Populi*, *Salicum*, *Quercus* etc., e. g. im Erlach aliisque regionibus udis autumno.

Tabulae explicatae.

Tab. I.

Fig. 1. *Hypni serpentis* varietas: *clavatum.* — *a* magnitudine naturali. — *A.* ramulus cum perichaetio et setae parte, magn. auct. — *B.* capsula cum operculo, magn. auct. — *C. D. E. F.* folia, m. a.

Fig. 2. *Hypnum aquatile Mart.* — *a.* m. nat. — *B.* ramulus cum perichaetio, m. a. — *C.* capsula cum operculo. — *D.* operculum. — *E.* peristomii externi et *F.* interni dentes. — *G. H. I. K.* folia, (omnia m. a.)

Tab. II.

Fig. 1. *Mnium affine Bland.* — *a.* m. nat. — *B.* fol. m. a.

Fig. 2. *Orthotrichum aureum Mart.* — *a.* caespes integer. — *b. c.* surculi nonnulli m. n. — *D.* ramulus. — *E.* capsula cum peristomate. — *F.* operculum. — *G.* calyptra. — *H.* peristoma. — *J. K.* folia (Fig. D — K. m. a.)

Quod ad *Jungermanniarum* icones attinet, figuras magnitudine varia auctas esse, monendum est. Singulis speciebus nomina adscripta. Stipulatae a tergo delineatae sunt.

Tab. III.

Fig. 3. *J. dilatata.* — *a. b.* cuculli. — *c. d.* stipulae. — *e.* stipulae calycinae. — *f.* calyx.

Fig. 8. *J. deflexae* ad latus delineata sunt folia duo. Ita quoque

Fig. 12. *J. heterophyllae* stipulae duae.

Fig. 13. *a. b. J. bidentatae* formae duae, quarum altera foliis gaudet gemmis adspersis.

Fig. 14. *J. trilobata*, adjecta stipula seorsim delineata.

Tab. IV.

Fig. 16. *J. Naumanni* stipulae adjectae sunt duae, altera inferior ex inferiori caulis parte, altera superior e superiori.

Fig. 17. *J. Floerkii c.* folio et stipula seorsim delineatis.

Fig. 18. *J. setiformis.* — *a.* folium. — *b.* stipulae.

Fig. 19. *a. J. ciliaris* folium. — *b.* ejusdem stipula.

Fig. 20. *a. J. Tomentellae* folium. — *b.* ejusdem stipula.

Tab. V.

Fig. 33. *Jungerm. Weberi: a. b.* Var. minor. *c.* Var. major.

Fig. 38. *J. bicuspidata; a.* Var. minor. *b.* Var. *γ.* graveolens Schleicher.

Fig. 44. *J. connivens Dicks.*; *a.* Var. *α.* minor. — *b.* Var. *β.* major.

Tab. VI.

Fig. 47. *J. concinnatae* folium seorsim appositum est.

Fig. 48. *J. pusilla; a.* cum calyce aperto. — *b.* cum calyce et corolla. E Schmiedelio.

Fig. 50. *J. quinquedentatae* formae variae: *a. b. c.* — In formae *a.*, primariae, apice gemmulae confertae conspiciuntur. — *b.* collaris. *c.* Var. *δ.* attenuata.

Fig. 58. *J. scalaris*, cujus variatio *β*, *denudata*, sub *b.* repraesentatur.

Index generum.

	Pag.		Pag.
Acladium .	341	Batrachospermum	290
Acremonium .	339	Blasia . .	196
Acrosporium .	340	Blechnum .	9
Aegerita .	326	Boletus .	443
Aethalium .	369	Botrychium .	12
Agaricus .	403	Botrydium .	303
Alectoria .	238	Botrytis .	342
Aleurisma .	335	Bovista .	384
Alternaria .	356	Bryum .	57
Antennaria .	353	Buxbaumia .	84
Anthoceros .	195	Byssocladium	337
Arcyria .	379	Byssus . .	345
Arthonia .	283		
Ascobolus .	471	*Caeoma* .	312
Ascophora .	362	Calycium .	330
Aspergillus .	344	Capitularia .	260
Aspidium .	4	Cephalotrichum	366
Asplenium .	7	Ceratium .	363
Auricularia .	459	Cetraria .	203
		Chara . .	288
Baeomyces .	274	Chloridium .	350
Barbula .	88	Circinotrichum	349
Bartramia .	54	Cladosporium	350

	Pag.
Clavaria	397
Climacium	49
Collarium	339
Collema	229
Conferva	294
Conioloma	284
Conjugata	292
Coremium	365
Cornicularia	236
Craterium	382
Cribraria	380
Cyathus	389
Cynodontium	94
Dacryomyces	367
Daedalea	451
Dematium	358
Dermodium	372
Dicranum	96
Dictydium	380
Diderma	374
Didymium	373
Didymocrater	363
Didymodon	95
Didymosporium	328
Diphyscium	85
Diplocomium	73
Encalypta	115
Endocarpon	255
Epicoccum	327
Epochnium	338
Equisetum	1
Erineum	346
Erysibe	372
Eurotium	363
Evernia	228
Exosporium	329
Fissidens	108
Fontinalis	53
Funaria	74
Fusarium	326
Fusidium	325
Fusisporium	338
Geastrum	387
Geoglossum	400
Grimmia	113
Graphis	280
Gymnocephalus	56
Gymnosporangium	333
Gymnostomum	110
Haplaria	340
Helmisporium	350
Helvella	401
Himantia	359
Hydnum	454
Hydrodictyon	291
Hypnum	14
Hysterium	472

	Pag.		Pag.
Illosporium .	325	*Onygena* .	382
Isaria . .	364	Opegrapha .	276
Isidium . .	276	Ophioglossum	11
Isoëtes .	9	Orthotrichum	75
Jungermannia	127	Oscillatoria	305
		Ozonium .	358
Leangium .	376		
Lecidea .	241	*Parmelia* .	205
Leocarpus .	377	Peltidea .	109
Lepraria .	286	Penicillium .	344
Leskea .	45	Peziza . .	460
Leucodon .	91	Phallus .	460
Licea . .	372	Phascum .	124
Linkia . .	302	Physarum .	375
Lycogala .	370	Pilularia .	10
Lycoperdon .	385	Podisoma .	322
Lycopodium	12	Pohlia . .	72
Marchantia .	193	Polyactis .	344
Meesia . .	73	Polypodium .	3
Melanconium .	327	Polytrichum .	73
Merisma .	396	Porina . .	254
Merulius .	452	Pteris . .	8
Mnium . .	64	Puccinia .	322
Monilia .	356		
Morchella .	403	*Racodium* .	355
Myrothecium	371	Ramalina .	234
Mucor . .	361	Rhizomorpha	359
		Riccia . .	197
Neckera .	50	Rivularia .	300
Nemaspora .	498	Rubigo .	347

	Pag.		Pag.
Scleroderma	383	Thelephora	457
Sclerotium	390	Torula	337
Seiridium	324	Tremella	305
Sepedonium	334	Trentepohlia	331
Solorina	241	Trichia	337
Spatularia	400	Trichoderma	360
Sphaeria	474	Trichostomum	91
Sphaerobolus	386	Trichothecium	337
Sphagnum	117	Tuber	395
Spiloma	285	Tubercularia	329
Splachnum	116	Tulostoma	388
Spondylocladium	354		
Sporotrichum	335	*Urceolaria*	238
Stachylidium	343	Usnea	237
Stemonitis	381		
Stereocaulon	275	*Variolaria*	258
Sticta	201	Vaucheria	303
Stilbospora	323	Verrucaria	254
Stilbum	366	Virgaria	342
Syntrichia	87		
Systotrema	451	*Weissia*	110
Tetraphis	116	*Xyloma*	308
Thelebolus	498		

Errores typographici.

Pag. VI. lin. 8 eryptogamicae leg cryptogamicae.
— IX. lin. 16 certe lege certe.
— XII. lin. 13. gratiae lege gratiae.
— XXVI. lin. 5 ab inf. post Entdeckungen inser. in.
— XXVII. lin. 14 observat. lege observatt.
— XXXI. lin. 1 Conspectus lege Conspectus.

Pag. 3 lin. 2 ab inf. bipennatis lege bipinnatis.
— 15 — 4 varius lege rarius.
— 17 post lin. 14 inser: 4 Vere fructus maturescunt. Ad arborum radices antecedente minus freqeuns.
— 26 lin. 12 tenia leg. tenuia.
— 34 — 7 ab. inf. Erlangensis lege Erlangenses.
— 68 — 10 simpliculi leg. simpliciusculi.
— 69 — 16 frequentes leg. frequenter.
— 77 — 11 ab inf. fructicibus leg. fruticibus.
— 81 — 4 lateritis leg. lateritio.
— 83 — 7 Brid. leg. Brid.) caule.
— 84 — 7 externam leg. externum.
— — — 13 aphilla leg. aphylla.
— — — 2 ab inf. post "musci,, inser. de qua conf. Schmied. et Hedw. fund. 2. f. 3.
— 88 — 21. tortibus leg. tortilibus.
— 90 — 13 apiculam leg. apiculum.
— — — 2 ab inf. fructiferum leg. fructifera.
— 90 — 1 vulgare leg. vulgaris.
— 91 — 20 Pherigynandrum leg. Pterigynandrum.
— 98 — 6 obvata leg. obovata.
— 99 — 20 Septembre leg. Septembri.

Pag. 99 lin. 30 sic quoque.
— 104 — 12 substramosa) leg. substrumosa.
— 108 — 10 subulatum leg. heteromallum.
— 110 — 2 ovata-oblonga leg. ovato-oblonga.
— 111 — 2 Flor leg. Flos.
— 111 — 10 Barbalis leg. Barbulis.
— 113 — 6 (Leessia) leg. (Leersia).
— — — 11 indolis leg. indoles.
— 118 — 21 inter leg. *iter*.
— 119 — 9 ab inf. discoides leg. discoideus.
— 120 — 6 von leg. vor.
— 123 — 2 pertinent leg. pertinet.
— 125 — 8 ageres leg. aggeres.
— 127 — 8 dioci leg. dioici.
— — — 14 platiphilla leg. platyphylla.
— 132 — 22 emarginata- leg. emarginato-.
— 134 — 15 confusio leg. confusione.
— 135 — 5 subintegerrima leg. subintegerrimae.
— 135 — 27 modo, deleat.
— 138 — 3 logi leg. longi.
— 143 — 14 ulibi leg. ullibi.
— 144 — 5 post indigenam pon: ,.
— 144 — 13 vixerit leg. vix erit.
— — — 21 rotundata leg. rotundatas.
— 145 — 4 adcensu leg. adscensu.
— 147 — 18 sub inde leg. subinde.
— 149 — 26 describenda leg. describendam.
— 150 — 3 ovata-lanceolatis leg. ovato-lanceolatis.
— 151 — 3 inconem leg. iconem.
— — — 25 reliqui leg. reliquis.
— 152 — 19 praecedente leg. praecedenti.

Pag. 156 lin. 19 obcordatis postea pon. ,.
— 158 — 23 bilobi leg. biloba.
— 165 — 5 bidentata leg. bidentatam.
— 166 — 9 ab inf. bissacea leg. byssacea.
— 168 — 9 horte leg. horto.
— 168 — 14 pon. , post acutis et deleat. , post foliis.
— 170 — 2 directioni leg. directione.
— 171 — 15 bifidia leg. bifida.
— 172 — 4 superiorem leg. superiorum.
— 174 — 10 argentii leg. argentei.
— 176 — 17 post subverticalibus pon. antice.
— 181 — 4 ab inf. froudosarum leg. foliosarum.
— — — 11 affixis leg. affixus.
— 182 — 15 ovata lanceolata deleant.
— — — 16 contigit leg. contingit.
— 185 — 11 ab inf. in leg. ad.
— 186 — 6 — — platyphilla leg. platyphylla.
— 194 — 3 — — Septembre leg. Septembri.
— 195 — 7 scyphulos leg. scyphuli.
— — — 16. Octobre leg. Octobri.
— — — 3 ab inf. Septembre leg. Septembri.
— 205 — 9 loco ; pon. ,.
— 208 — 17 cierea leg. cinereo.
— 211 — 6 hortam leg. hortum.
— 217. post lin. 9 inser.:
* Apotheciorum disco varie colorato nudo.
— 221 lin. 18 Liced. leg. Lecid.
— 223 — 10 ab inf. plano leg. plana.
— 234 — 5 — — podicellatis leg. pedicellatis.
— 268 — 1 scepius leg. saepius.
— — — 5 vigro leg. nigro.

Pag. 329 lin. 9 ab inf. stiptiato leg. stipitato.

— 352 — 13 lega leg. lege.

— 353 — 3 ab inf. deleatur: *Racodium vulgare Fries*, nam ex vivis speciminibus, ab ipso autore traditis, non hujus loci esse, edoctus sum. *Kunze.*

— 354 — 2 longitudinis, leg. latitudinis.

— 361 — ultima expansa leg. expansus.

— 363 — 15 loco ; ponatur ,

— 367 — 2 gregararium lege gregarium.

— 369 — 15 stromatae leg. stromate.

— 386 — 6 montosos leg. montosis.

— — — 5 ab inf. SPHAEROBLUS leg. SPHAEROBOLUS.

— 390 — 6 ab inf. destitum lege destitutum.

— 401 — 3 Batsch t. 2. f. 48. leg. t. 11. f. 47.

— 412 A. Gymnopus elatus Batsch potius *Pratellis* adscribendus; ibidem A. G. conicus nobis est Mycena. *Necs.*

Loco paginae 416 errore typographico impressus est numerus 348.

Pag. 421 lin. 3 toto leg. tota.

— 433 — 3 subaurantico leg. subaurantiaco.

— 444 — 5 flavo-fusco punctato pone: flavo fusco-punctato.

— 454 — 2 ab inf. stipiato leg. stipitato.

— 457 — 10 subscrispo leg. subcrispo.

— 458 post lineam 3 inseratur:

B. Resupinatae Ns.

— 463 lin. 16 *cornatum* leg. *coronatum.*

— 468 — 1 episphearia leg. episphaeria.

— 469 — 14 et 15 stipite vix angustiore; nigra fibroso-subradicata leg. st. v. angustiore nigro fibroso-subradicato.

— 472 — 12 ritens leg. nitens.

— 491 — 7 *Platystomae.* adde (Genus Lophium Fries Obss. myc. I. p. 191.)

— 495 — 8 ab inf. globosis leg. oblongo-cylindricis.